


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [1] - -

PUBLIC DOMAIN

Leibn. Marg. 204


Marginalien s. Vorsatz,
S. 162, 165-66, 189,
170-72

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [2] - -

PUBLIC DOMAIN

Dionysius à Constringio castigatus quod philanthropon simpliciter cum Orthographia Antonium non Anthonium scribat ridicule se excusat hoc p. 13. quod scribi soleat Melanthon. Ἀγαθὸς ἀνὴρ, terra Melanchthonem dicam



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

V 1398.

PHILANTHON
VINDICATUS
SIVE
Hermannus Conringius
Ob
Andabaticam ſuam anno 1677. Helmſtadii editam
DISCUSSIONEM,
Prætenſamq; pag. 329. Demonſtrationem
Juſtè, ſed tamen miſericorditer
CASTIGATUS
à
F. DIONYSIO WERLENSI
Capucino.

Pſalm: 36. (37.) v. 15.
Gladius eorum intret in corda ipſorum.

Scopelianus.
Qui convitiis agunt, *Aniculæ* ſunt
non tantùm *ebriæ*, ſed & *rabidæ*.

HANNOVERÆ
Typis WOLFGANGI SCHWENDIMANNI Typogr. Ducal. Añ. 1678.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [5] - -
PUBLIC DOMAIN

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [6] - -

PUBLIC DOMAIN



PRÆFATIO.

QVàm verum ſit illud: *Tange montes, & fumigabunt*; ipſa cùm ſœpè aliàs, tùm nunc hiſce diebus Experientia comprobavit: Tetigi enim ego montem, non Ætnam in Siciliâ, aut in Campaniâ Veſuvium, vel Heclam in Islandiâ, ſed in Saxoniâ H. Conringium contra Eccleſiam Cath. ſeſe inſolentiùs erigentem. Et quoniam ille Tantus à Capucino eſt tactus; en tibi.

Horrenda ſurſùm ſcandere nubila!
Ignita circùm erumpere flumina!
Iraſq́ diras fulgurare! &
Horriſonos crepitare bombos!

Non times ô Dionyſi! non trepidatis Capucini? timerent utique illi, & trepidarent, niſi viderent ignes in ſe emiſſos eſſe fatuos, & fulmina contra Religionem ſuam evibrata eſſe bruta. Hinc iiſdem (Hermanno tamen intimè condolentibus) non niſi riſum ferocula hæc ludicraq; movent incendia; quemadmodum non ita pridem exerci-

tui cuidam ignes ac bombi pepererunt gaudium ſpectanti, qui minitati fuerant dolorem maximum expectanti. Attendite & videte!

HErmannus igitur noſter nimiis iracundiæ flammis exardeſcens ſtridore immani exprobrat mihi intolerabilem *συκοφαντίαν* p. 31.

Frontem perfrictam p. 66. 104. 268. &

Perfrictiſſimam p. 147.

Furores Cynicos ſive caninos, p. 273.

Agyrtam verò me vocat, p. 74.

Sycophantam, p. 51.

Rabioſum ſycophantam, p. 250.

Veteratorem, p. 252.

Improbum veteratorem, p. 296.

Improbum calumniatorem, p. 296.

Beſtiam vocat NB. *Typographum*, p. 17.

Hypocriſin & *Phariſæiſmum* cùm mihi, tum etiam Capucinis & mendicantibus tantùm non omnibus conatur impingere p. 23. 33. 126. 129. 148. 150. 193. 197. & in Dedicat. *Impoſtores*, inquit, *Hannoverani hoſpitii*, p. 152.

Impudentiam mihi intentat vicibus ſaltem 58. & quidem *impudentiſſimam*, p. 138. *ſummam*, p. 107. *Cynicam*, id eſt caninam, p. 188. *extremam & furioſam*, p. 153. terminiſque cùm expreſsis tùm æquipollentibus *impudentiſſimum* me vocat vicibus ſaltem 15.

Fœdiſſimum SCURRILITATIS *opprobrium* ſaltem 26. vicibus ejaculatur. Ac diſertè *ſcurram* me vocat, p. 74. & 87. *Impudentiſſimè* SCURRAM, p. 312.

Infame *mendacii*, *mendacis & mendaciſsimi* in me convitium crepat penè centies, ſi non ultrà.

Non poteſt non haberi impudentiſſimus mendax, inquit p. 306.

Et cùm vix aliàs alloquio me dignetur, hiſce tamen perquàm ſuavibus affatur: *Si non more tuo mentiris Capucine*, pag. 102.

Perquam

Perquàm Cynicè & impudenter mentiris, p. 255.

Tu Capucine Diabolicè mentiris, p. 253.

Quæque in fine libelli mei de *notoriis* Ssmi Papæ ſui Lutheri *vitiis* dixi, vocat mendacia Cynica, imò diabolica p. 324. tametſi eadem ad oculum pateant cuivis opera eius inſpicienti.

Infandum SCELERIS convitiũ in me fulminat, cum ait p. 32. *Vereor, ut poſſit abſolvi à culpâ ſceleratæ calumniæ*, p. 255. 172. me dicit *ſceleſtè mentiri*. & p. 253. *ſceleſtè calumniari*.

Grande NEFAS exprobrat mihi p. 56. ibid. *in me innocentem*, inquit, *ſæviit Capucini calumnia, ac* NEFARIE.

Imò p. 148. omnibus Capucinis Hannoveranis inurere nititur notam *SCELERIS non minoris illo, quod Sacerdotes olim Draconis Babylonii commiſerunt*. pag. verò 151. aſcribit eiſdem *Impium & horribile crimen*. Ibid. *portentoſum*, inquit, *Capucinorum crimen*.

Malitiam terminis cûm expreſsis tùm æquipollentibus improperat mihi ad vices 30. & quidem p. 152 *enormiſſimam*, p. 172. *ſummam*, adeò ut p. 253. probiſſimus dicat Hermannus: *Pauci ſunt Capucinicâ improbitate*. & p. 254.

Cynico iſto capite nihil eſt iniquius.

Quin & *dæmonium* habere me crepat, cum ait p. 7. *in corde meo habitare* spiritum *non ſanè ſanctum, ſed* LONGE ALIUM.

Pag. 29. *ſpiritum malignum ſtatim ab initio ſcriptionis animum meum invaſiſſe & occupaſſe*. Hunc verò p. 137. vocat *Spiritum Capucinicum, & ipſum fortaſſe Caputiatum*. p. 296. *valdè ferocem & clamoſum*.

Pag. 249. dicit me à *Beelzebubo agitatum*. p. 129. 130. malli dæmonis artibus uſum. p. 87. ex *Beelzebubi officina* quàmmulta mutuatum.

Cynicum deniq; ſive Caninum in me jaculatur opprobrium vicibus decem & ſeptem: Nimirùm p. 33. 48. 51. 56. 107. 119. 139. 157. 188. 250. 254. 255. bis. 264. 272.

272. 273. 383. & bis quidem (p. sc. 250 & 254.) expresè me CAPUT CYNICUM, sive Caninum vocat.

Vidistin Dionysi? audistisne Capucini Hannoverani, Hildes: & Paderb: cùm juxtà Hermanni-scitum pag. 19. mea omnia censeri possint quasi communia Vestrûm universorum; Vos universi Conringio estis scurræ, impudentissimi, sceleśti ac pessimi homines, imò vix homines, sed potius vilissimi, fœdissimique Canes, quibus ipse dicere possit imperiosus:

ACTÆON EGO SUM! *Dominum cognoscite vestrum.*

Porrò, quemadmodum magnus ille Aman *pro nihilo ducebat unum* perdere Mardochæum, nisi periret cum ipso universa quodammodò natio Israëlitarum; ita & maximus noster non, ut voluit, adoratus Hermannus, pro nihilo duxit in unum sævire Dionysium, nisi cum eo Capucinos, imò & mendicantes tantùm non omnes, quin & ipsam Augustissimi Imperatoris, totque Serenissimorum Regum ac Principum Matrem Ecclesiam Romanam (quam pag. 173 *scabiosum* vocat *scortum*) sævissimis furoris sui ignibus ignominiosissimè ustularet.

Unde perurgente Justitiâ cogor eum sic insolescentem iteratò tangere & castigare; Faciam autem id quàm potero misericordissimè, & ne quidem æquissimo Retorsionis utens jure ipsum mendacii, mendacis, mendacissimi, aliorumque, quibus me ornavit, honorum titulis vicissim condecorabo; ne vel ego ei similis fiam, vel ille omninò crepet & disrumpatur: spero enim DEUM Opt. Max. Sanctis suis Francisco, Antonio, & Brigittâ, tametsi gravissimè læsis, intercedentibus facturum cum ipso signum in bonum, ut, qui oderunt Ecclesiam eius, videant & convertantur. *Esther. 36.*

Quoniam verò infami illo Mendacii, mendacis, & mendacissimi convitio me penè centies falsissimum testimo-

monium dicens impetiit, ipſummet non pauciores quàm centum dixiſſe falſitates veriſſimè demonſtrabo. Faciamque vel cæcos videre, quod illi jam nunc oſtenſi ignes ſint fatui, bonusq; Hermannus juſto DEI judicio nomine meoſq; tam Ordinis quàm Fidei Fratres, ſed ſemetipſum duntaxat adinſtar miſeri illius Amani miſerrimè commaculârit, verâ tamen pœnitentiâ, ſi eam mox egerit, rurſum emaculandus.

Cæterùm rem ipſam aggrediens & tantùm potiora Diſcuſſionis Conringianæ myſteria breviter perſtringens, innumera quodammodò, quæ acerrimas mererentur plagas, intacta relinquam, quò ſcilicet tam bonis horis & chartis, quàm miſero parcam Hermanno. Sed ad rem.



Ob

Ob Epistolam Dedicatoriam Conringius Castigatur.

AUdi igitur Hermanne! Quòd in voluminis tui illustribus provinciæ Wolffenbütelensis Ordinibus factâ inscriptione dicis non fuisse à te in animadversione tuâ Capucinos vel uno verbulo *nominatim* tactos, verum est; at tetigisti nihilominus eos apertissimè venenato illo opprobrii telo p. 12. *Minimè omnium te latet, quanta in Italis tuis Antonianorum Sodalium* (id est, ut discuss: p. 69. dicis: *Antonii Patavini Sodalium*, sive Fratrum Minorum, ac per consequens Capucinorum) *soleat etiamnùm esse fingendi ac populum improbè decipiendi effrons impudentia.* Tetigisti eos p. 42. ubi scribere non dubitasti fel. rec. Episcopum ad σκληροκαρδίαν quorundam permisisse libellum. Tetigisti eos in Patre suo, cùm p. 12. apertè innuisti S. Franciscum stolido fastu inflatum, atque à Diabolo stigmatizatum fuisse.

Unde justissimum profectò fuit, ut te, sine datâ à quopiam Fratrum Minorum meorumque causâ, tam atrociter ac iniquè criminantem, ipsique Matri meæ Ecclesiæ Rom. adeò petulanter insultantem saltem salsiore subinde verbulo exploderem ac propulsarem.

Porrò FALSISSIMUM est 1. libelli mei CHARTAS OMNES *esse scurrilibus sannis fædè inquinatas.* Vah! Hermanne, TE tantam contra conscientiam tuam scribere falsitatem! arbitros appello oculos hominum quorumcunque.

FALSISSIMUM 2. est illud: *haud dubitavit* (Dionysius) *& me,*

& me, & Evangelicos omnes infinitis mendaciis nullâ non paginâ insectari. Vah iterùm Hermanne! vah! Quòd te septuagenario majorem, 45. & amplius annis Professorem non pudeat tam horrendam & plusquàm mille falsitatibus æquipollentem falsitatem contra conscientiam tuam Viris illustribus, generosis, ac prænobilibus in faciem eructare! Digneris, quæso, benigne Lector aperto Volumine meo postulatoque Hermanno interrogare; Num primâ eiusdem voluminis mei paginâ inveniatur mendacium aliquod contra excellentiam suam Tri-Doctoralem? & cogetur ipse negare. Deindè num eadem contineat insuper mendacium aliquod contra *EVANGELICOS OMNES?* Et iterum constringetur respondere negando. Tu verò mox nota duas quoad primam illam paginam commissas à Conringio falsitates; sicque per singulas procedendo habebis earumdem numerum millenario majorem.

FALSISSIMUM est 3. Quòd in sanguinem tuum grassantes *Calumniæ* in volumine meo *omnem* ferè paginam inficiant. Quænam enim sunt istæ calumniæ? cur earum nullam discutere præsumpsisti? aude, aggredere, discute, ut videamus.

Vos interim, perillustres provinciæ Wolffenb. Status eo, quo par est, respectu rogatos velim, ut considerare dignemini, quàm gratum & observantem habeatis Hermannum, cum librum convitiis & falsitatibus undequàq; sordidum VOBIS in gratiarum offerat actionem.

Ob Proœmium suum

Conringius castigatur.

FALSUM 4. est illud: *Eiusmodi* meritorii (Pharisaicè jactantes merita sua) *solent cumprimis in Monachali isthoc* (Franciscanorum) *grege reperiri*: Franciscani enim Sa- *ad pag. 4.*

cerdotes quotidiè in Canone Miſſæ orant Omnipotentem DEUM, ut intra Sanctorum ſuorum conſortium admittat eos *non Æſtimator meriti*, ſed veniæ Largitor. Per Chriſtum D. N. Et per annum in Officio B. V. ad Nonam: TIBI, inquiunt DEO, *placere de actibus noſtris non valemus* Capucini prætereà ante ſtudia literarum vigore conſtitutionum ſuarum ita orare conſueverunt: *Domine iſte* VILISSIMUS *ſervus tuus &* OMNI BONO INDIGNUS *vult ingredi ad videndum theſauros tuos; placeat tibi, ut ipſum* INDIGNISSIMUM *introducas, & des ſibi in his verbis & ſanctâ lectione tantùm te diligere, quantùm te cognoſcere; quia nolo te cognoſcere, niſi ut te diligam Domine Deus Creator meus. Amen.*

Eſtque apud eoſdem hæc ab antiquo uſitata poſt communes Fratrum labores oratio genu-flexa: *Domine* JESU *Chriſte, nihil ſumus, nihil poſſumus, nihil valemus, malè tibi ſervimus; ſervi inutiles ſumus, Domine* JESU *Chriſte miſerere nobis.*

ad pag. 4. FALSUM 5. eſt, quòd Author Novenæ *merita ſua phariſaicè jactet*: non enim jactat ſe quicquam boni feciſſe, aut facere, aut facturum eſſe; ſed optat duntaxat & proponit totum diem bonis operibus impendere; mercedem verò ſperat *ex Dei*, ut loco à te cit. diſertè ait, *miſericordiâ* vel hîc vel in cœlo reddendam. Et nunquid docetis ipſi *in Apolog. Auguſt. Conf. de juſtificatione in* 4. *argum.* non valdè longè à fine: *Bona juſtificatorum opera VERE eſſe meritoria præmiorum corporalium & ſpiritualium, quæ redduntur tum in hâc vitâ, tum poſt hanc vitam*? quòdque merces illa NON GRATIS, *ſed pro operibus offeratur &* DEBEATUR; *pariat & gradus præmiorum, hi gradus,* inquit, *ſunt merces operum at & afflictionùm.*

Formul. Concordiæ Lipſiæ, 1580. p. 121. 122.

Hujus verò ſperatæ mercedis charitativam in alios translationem, ſi fortè ratam non habeat, ſaltem non condemnabit miſericors DEUS.

ad pag. 5. FALSUM eſt 6. quod ais: *ſaltim potiſſima quæ &* (Novenæ Anno 1675. editæ) *Capucini jam fecerunt noviſſimâ ſuâ defenſione communia ſibi TANTUM non OMNIBUS.* Cùm opuſculum meum

ut in

ut in eiusdem limine est manifestum, duo duntaxat Capucini approbârint testando me nihil in eo adversùs Ecclesiæ Cath. doctrinam tradidisse; qui proinde & ipsi præter hanc doctrinam Cath. ne vel apicem quidem opusculi mei, multò minùs Novenæ illius fecerunt suum, ut quam vix viderunt, & minimè quidem perlegerunt. Quin & meipsum ad libelli illius defensionem obligari nolle satis apertè sum protestatus *cap.* 1. §. *sicut.* eiusdemque, *ut sic*, vix unum & alterum quid positivè defendendum suscepi. imò esse in eo non pauca, quæ ut jacent, & sonant, mihimet non probentur, abundè insinuavi cap. 1. & 12. Authorem tamen eatenùs excusavi, quòd tot & tanta hinc indè per totum habeat, quæ possint sanum sano cuilibet sensum abundè subministrare; & quibuscùm opinio prava in animo cuiusquam consistere omninò non possit, quantumcunque hinc indè occurrant dura & incommodè dicta.

Falsum ergò est 7. Quòd ais p. 4. *Frater sanè Dionysius tantùm non omnia libelli defendere suscepit.*

Non vero-sed falso-simile, imò falsissimum est, quod suspicaris, *me hominem violentum importunis flagitationibus à* p. m. Episcopo Maroccano *hanc tibi respondendi provinciam impetrasse*: Cùm enim oblatam illam recusarent alii probè scientes, quòd, qui *tecum* certat, dicere non immeritò possit: *ad pag.* 6.

Vinco, seu vincor, semper ego maculor.

Hinc cappæ, ut vocant, gryseæ id, quod nunc accidit, injuriarum tolerandum ratus bonæ mem. Dominus post 6. demùm à scripti tui receptione hebdomadas convenit me gratiosè rogans, ut responderem, quod & feci, & facio iras tuas contumelias & criminationes miserans, despiciens, ridens.

Profectò malè cocta, ut vocant, Garleia tam crudos tibi spiritus fecit, ut eò, quod ego insulsiorem Te pauculo conspersérim sale, scribere non dubitâris: habere me debuisse respectum non minus gravis, quàm magni Principis, à *ad pag.* 8.

quo cum Fratribus meis alor; cùm interim TU innumeris quodammodò anilium conviciorum ac fœtidiſſimarum ſordium plauſtris in hoſpitium, ipſamque adeò altè memorati Principis aulam ſine omni eiuſd. reſpectu reali tàm verniliter inveharis! An inviolabilis jura hoſpitii tantus Doctor ignoras? ſanè, qui injuſtè ac violenter, ut tu facis, aggrediens hoſpitem lædit receptum, lædit & recip entem; adeó
Gen. 19. ut juſtus ille Loth duas filias ſuas virgines, quàm hoſpites à ſe collectos, maluerit indigniſſimè violari. Sed quid dico? non intelligimus Conringii noſtri libertatem Hermeneuticè Chriſtianam!

ad pag. 8. FALSUM eſt 8. me *de invocatione SS. pauca, & non niſi cavillatoriè attigiſſe.* Hæc nimirum ſolidiſſima eſt probatio tui p. 9. tantoperè jactati candoris & animoſitatis pluſquàm heroicæ! videat æquus Lector, an non Hermannus noſter tractatûs mei paginas non pauciores, quàm ſedecim ſupra quadringentas ad hanc materiam omninó facientes maſculè tranſilierit.

Provocaveras ſanè, imó & urſeras ipſe tractatum aliquem de Romano Sanctorum & imaginum cultu, cùm plurimis aliis, tùm hiſce, quæ animad. tuæ p. 28. dicis, *abo-*
Vid. etiam *minareris* OMNEM *veſtrum Sanctorum pariter & imaginum cultum re-*
p. 17. 20. *ligioſum, ſi prout par eſt, haberes perſpectum,* NIHIL NON HORUM
27. 28. *à Divinis præceptis & ſententiâ aureæ primitivæ Eccleſiæ plurimùm*
& 47. *diſſidere.* Nunc verò turpiter fugiens eundem hìc dicis *non pertinere ad libellum tuum,* ac interim aërem heroicè verberas, convicia horrenda crepas, & pugnas cum umbris; cùm me non anonymi illius, ſed doctrinæ & praxis Romanæ profeſſus ſim defenſorem.

Si tamen ego pauca & nonniſi cavillatoriè attigi, poteras & tu ea paucis referre, ac paucioribus graviſſimè refutare: Verùm ſi hoc attentaſſes, vidiſſent omnes te nimis ridiculè cavillari, ac

ad pag. 9. FALSUM eſſe 9. quod dicis p. 9. *Novas à me doctrinas malignè*

ſignè excogitatas palliandis erroribus receptis. Cùm totus in eo fuerim, ut nonniſi antiquam ac conſtantem Eccleſiæ Rom. doctrinam in medium afferrem. Videat æquus Lector opuſculum meum à pag. 335. uſque 451.

Ob Tituli diſcuſsionem

Conringius caſtigatur.

QVòd Logomachiam movens me p. 12. rides, quia opuſculi mei titulus eſt PHILANTHON, tuus utique te, ſi videret, rideret *Melanthon*; cùm Germania noſtra, non abhorrente Græciâ, viros illuſtres ſcribat & dicat Anthon; Galliaque noſtri, de quo agimus, ſancti nomen pronunciet modo quaſi eodem; idemque cum H. ſcripſerint antiqui ferè omnes. Cùmque à Græcis ad Germanos translata ſit ipſa Majeſtas imperialis, licebit utique eis non minùs, quàm Latinis unam alteramvé Græcorum ſyllabam vocabulis ſuis, uſitatâ terminatione retentâ, præfigere, eademque, ſi non ſint abſona, etiam libris latinis tàm inſerere, quàm in titulum dare: Sanè Germania, & veſtra cumprimis Julia novit Principem Magnum, qui & ſeipſum ſcribit & ſcribitur ANTHON; reſpectu cuius niſi ipſe tu velis eſſe *Philanthon*, vel ob hoc ſolum (quod DEUS avertat) ad Tartara te ferret Phlegethon & dirus impellet Charon. *ad pag. 12.*

De vocis veró *Antonii* derivatione naſutiùs tecum græculentur, ſyllabaſq; Græcanicas, ſeu viles captent muſcas, quorum fides eſt Græca, mea enim eſt Germana, eſt Romana; ſi proindè TU illis, quæ tibi à Politicis ſeu lectionibus ſeu meditationibus ſuperſunt, horis (quô de omnibus aliquid mereâre) etiam *Hypodidaſcalum* velis agere, ſecuriùs eum, quàm Polemicum ages Theologum; interim non curant Theologi, ſi quando à naſutulis reprehendantur Grammaticaſtris. Scio, inquit S. Hier. l. 2. apologiæ adv. Ruffin. *inter Chriſtianos verborum vitia non ſolere reprehendi.* tom. 2. Paris. 1578. col. 322. D.

Porró meam de SS. Invoc: pertractionem vocavi *curiosam*, non ex *Philavthiâ & insolente superbiâ*, ut humillimus judicat Hermannus, sed ob allata totius Orientis Ecclesiarum testimonia recentissima, quæ quidem non sine *curâ* ab aliis conquisita, & à me sunt inventa: *Solidam* verò dixi ob *invictas* S Scripturæ & SS. Patrum auctoritates. Tu verò tametsi eandem *furiosam* dicas & *stolidam*, pati nihilominus debes, quód ea tibi frangit & franget talos. Et ringaris licet optime Conringi, imó omnes tui rivales conringantur, quidquid contrà eandem allatum fuerit, levis adinstar paleæ exsufflabo. Judicio autem illo immiti, *Philavthiæ* & insolentis superbiæ teipsum condemnâsti, cúm pag. 334. scribere non dubitâsti, *collectionem tuam* (verè vanam ac stolidam) *esse firmam & solidam*; Nonne debebas & tu de hoc aliis relinquere judicium?

ad pag. 12 Falsum 10. & contra conscientiam dicis, *vitam meam esse otiosam*. Cúm SS. Theologiæ Lectorem me agere non ignores. Vitamque Capucinorum, nisi Regulæ Professionisque suæ immemorum, otiosam esse non posse. Sanè qui inter eos sunt Sacerdotes, quotidiè, respectu cùm particularis suæ, tùm illius, quâcum habitant, communitatis, publicè ad integras 7. horas sacris negotiis sunt occupati, etiam cum tu vel altúm stertis, vel politicis vacas; adeó, ut Lectores, Concionatores, aliique, quibus studere ac proximo incumbit inservire, de nulla re magis quàm de concessi sibi temporis brevitate querantur.

Ob dedicationis Discussionem

Conringius castigatur.

ad pag. 16. Falsissimum est 11. quód p. 16. & 17 contra conscientiam conviciando crepas Typographũ *bestiali temeritate S. scripturæ* Subtilitatem *tetigisse*: Non enim ille, ut cuilibet

libet eius dedicatoriam legenti patet, ullam scripturæ *subtilitatem*, sive aliquem sacrum (nisi forsan TE) tetigit montem; sed diras, quibus prægravamur, calumnias, easque ex certâ tangit scientiâ: Cùm non sit adeò rudis & stupidus, ut tu eum somnias ac bestiali convicio tangens apertè *BESTIAM* vocas.

Nam & Philosophiæ & saltem per annum Sacrosanctæ Theologiæ operam dedit Lucernæ Helvetiorum: vellemque te talem, qualis ipse est, bestiam esse: Ita enim sine ullâ *temeritate* docibilis Dei, & multò, quàm nunc es, capacior fores ad sanctorum scientiam salubriter perdiscendam.

Falsum est 12. quòd Innocentius III. decreverit hominem simplicem & indoctum scripturæ subtilitatem attingentem similem esse bestiæ lapidandæ *Cap. Cùm ex injuncto 12. de Hæreticis.* Agit enim ibi Innocentius contrà eos duntaxat Laicos, tàm mulieres, quàm viros, qui in urbe & diœcesi Metensi, spretis Sacerdotibus, tanquàm ipsis prudentiores, *occulta conventicula celebrantes officium prædicationis Christi sibi usurpabant, eorumq; consortium aspernabantur, qui talibus non inhærebant, ac super his reprehensi temerarii exsurgebant in Prælatos*; quæ utique erat temeritas bestialis. *ad pag. 16.*

Hinc titulus Capitis, *Cùm ex injuncto*, non est ille: Laicus, sive homo simplex & indoctus attingens scripturæ subtilitatem est bestia, vel similis est bestiæ lapidandæ; sed hìc: *Laici non prædicent, nec occulta conventicula faciant, nec Sacerdotes reprehendant*, publicè nimirum, temerariè, & animo detrahendi, ut exponitur in textu; ubi & dicitur, quòd contra Parochos inutiles & indignos agendum sit ordinatè apud Episcopum, *ad cuius officium tàm institutio, quàm destitutio sacerdotum* noscitur pertinere.

Hæc, & non alia, nec contra alios, quàm contra temerarios illos ac rebelles Innocentius III. ibidem decrevit; Decretumq; illud variis stabiliens argumentis, etiam hâc de monte à bestiâ non tangendo ornavit figurâ; quæ tamen *Exodi 19.*

NB. men nec ipsa quidem juris textui est inserta. Desiderium autem intelligendi divinas scriptutas, & secundùm eas adhortandi, tantúm abest, ut ibidem reprehendat, ut etiam disertè commendet Papa etiam in Laicis simplicibus,& indoctis; desiderium, inquam, humile, prudens, & ordinatum, non verò præsumptuosum,temerarium & superbum, quale erat sectæ illius tàm mulierum, quàm virorum, qui suprà Sacerdotes se multúm sapere, scripturamque *subtiliùs* interpretari præsumentes *defecerunt scrutantes scrutinio.*

Et talis est tua, mi Hermanne, præsumptio contra Diviniſſimos Ecclesiæ Patres; Tametsi tu rusticellum aliquem vel aniculam in cathedram vestram sive scholasticam,sive Ecclesiasticam involantem, vel tuas reprehendentem interpretationes scripturarum tanquàm bestiam horrendis convitiorum saxis quateres ac lapidares: ut hic immeritum, ipse potiús lapidandus, Typographum lapidàsti: cúm ille scripturam & reverentiús attingat; &, quoad articulos inter nos vosq; controversos, sub venerandâ SS.Patrum Pædagogiâ meliús intelligat, quàm Hermannus.

Sanè Honoratum quendam à Manichæis deceptum, quia hæc scripserat: (*Cùm legerem, per me ipse cognovi*) sic excipit Augustinus: *Itané est? Nullâ imbutus poëticâ disciplinâ Terentianum Maurum sine Magistro attingere non auderes: Asper, Cornutus, Donatus & alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet Poëta possit intelligi .... Tu in eos libros* (S. Scripturæ) *sine duce irruis, & de his sine præceptore audes ferre sententiam!*

l. de util. cred. c. 7. Tom. 6.

At fermè oblitus eram, quemadmodúm tuus ille sanctiſſimus Papa Wittebergensis non homines simplices & indoctos, sed undequaque doctiſsimos, ipsosque adeó S.R. Imperii Principes & Electores unà cum Cæsare Augusto decreverit esse *Bestias*, eosque ipse horrendo convitiorum turbine lapidârit.

Papam equidem se dicit in consolatoriâ illâ absolutionis formulâ, quam ad Ambsdorffium suum Papæ in extremis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [20] - 16
PUBLIC DOMAIN

mis impertiendam miſit; Cujus hic eſt Tenor, vel potiùs Baſſus:

Iraſcatur tibi omnipotens Deus, & retentis peccatis tuis detrudat te in ignem æternum. Et ego authoritate Domini noſtri J.C. & SANCTISSIMI Dñi LUTHERI PAPÆ PRIMI *mihi in hâc parte Conceſſâ abſolvo te ab omni miſericordiâ Dei & vitâ æternâ, mittens te hiſce Verbis in infernum, qui tibi & Regi tuo præparatus eſt ab initio mundi. Amen.* — *To. 6. Jen. 1563. fol. 332. p. 1.*

Porrò ex multis pauca Sanctiſſimi illius Patris decreta graviſſima breviter audiamus! Sanè Doctores, Magiſtros & Profeſſores Univerſitatum Pariſienſis, Lovavienſis, Colon. & Vien. vocat groſſos Aſinos (grobe Eſel) Ingolſtadienſes verò ibid. p. 1. & 2. appellat *Sues* (Säwe) — *To. 2. Jen. 1563. fol. 443. p. 1.*

Eod. Tom. in præfat. ad 2. edicta Cæſarea anni 1524. Principes cum Imperatore ſic alloqui non formidat; Fahret nu friſch fort/ würget und brennet. GOtt hatt mir/ wie ich ſehe/ nicht mit vernünfftigen Leuthen zu ſchaffen geben: Teutſche Beſtien ſollen mich tödten/ bin ichs würdig/ gerad als wan mich Wölff oder Säw zerriſſen. — *f. 424. p. 1.*

Et in gloſsâ ſuper edicto Imp. anni 1531. de Principibus & Electoribus Auguſtæ añ. 1530. Congregatis dicit. Unſere hochgelehrte/ und Durchleuchtige Säw zu Augſpurg. — *To. 5. Alt. 1662. pag. 553. col. 2.*

Quin & in univerſos Auguſtiſſimæ nationis noſtræ populos ita decernit: Teutſchen ſeind Teutſchen und bleiben Teutſchen/ das iſt Säw und unvernünfftige Beſtien. im Tract. Ob Kriegs-Leuth auch wohl im ſeligen Stand ſeyn. — *To. 3. Jen. 1565. f. 318. 1.*

Hæc ex plurimis ejuſdem notæ Sanctiſſ. illius Papæ veſtri ſacratiſſima ſunt decreta, quorum ſimilia nunquam emanârunt è Româ.

Falſum eſt 13. Quod Typographus alterum novum Danielem (meſc.) ſuo ſuffragio conſtituat: ait enim, *Danieles amplius* NON *haberi, agere tamen adhuc pro innocentiâ quoſdam* INFINITIS QUODAMMODÒ PARASANGIS DANIELE — *ad p. 17.*

POSTERIORES, *ac inter eos me ejusdem Vestigia Legentem agere &c.*

Falsum est 14. Quod Typographus jactârit Ecclesiæ Rom. Doctrinam in Libello meo *Videri* per Concilia, DD. Scholasticos & Concionatores Uno ore declaratam; cum solum dicat clamare me, quod eadem in concordantibus horum, non verò in malignantibus hostium scriptis sit VIDENDA. Tametsi falsum etiam sit Romanam de SS. invoc. & imag. Venerat. doctrinam non videri in Libello meo per Concilia, DD. Scholasticos, & Concionatores *Uno*, sive *idem quoad rem* Loquente, ore declaratam. Sanè pudenda res est, quod non possit, aut nolit intelligere Hermannus, quæ p. 407. NB. à me citatus intellexit Abecedarius!

Tuum igitur Typographo vel potiùs mihi p. 18. intentatum *grande ac Bestiale mendacium* in te resorbe; ac vide, me non esse, ut hîc dicis, excitatum ad scribendum à spiritu, qualem tu somnias, Caputiato, sed te à Cornuto.

Asinos etiam ais titulo fratrum *salutari* à Franciscanis. Sanè vidisti Tu quidem sœpiùs, & juxtà *Animadv.* tuæ p. 20. colloquens audîsti Franciscanos, nunquam autem, scio, vel audîsti, vel vidisti ab eis asinum, nisi fortè bipedem, salutari. Quisquis verò eos, qui semetipsos ceu jumentis per vitia sua similes non rarò factos cum Davide despiciunt, ridet, eo ipso cum Cumano illo ridiculus *rudit.*

S. Bonav. c. 5. Vitæ. Sanè S. Franciscus *Corpus suum fratrem Asinum appellabat tanquam Laboriosis supponendum oneribus, crebris cædendum flagellis, & vili pabulo sustentandum.* Tu autem, si Corpus tuum, sivè teipsum, quà animalem, dedignaris fratrem asinum vocare, poteris [ut sis sicut Dii] *fratrem Satyrum* nuncupare.

Ob

Ob Approbationum Diſcuſſionem Conringius Caſtigatur.

Falſum 15. Veritati protervè in faciem ogganiens dicis: quod librum meum approbaverint etiam Capucini Hannoverenſes: Ex illis enim duo tantùm (qui quidem cenſurandi approbandique non habuerunt authoritatem) *Teſtantur* duntaxat, ut ex hâc ipsâ diſcuſſ. tuæ pag. eſt manifeſtum, quod Reverendiſſimus p. m. Epiſ. librum imprimi mandârit, adeoque non defuerit approbatio & facultas ejus, qui erat loco Ordinarij; quandoquidem is non præſtitis tantùm prælo ſumptibus, ſed opuſculo etiam reviſo ac per famulos ſuos ad typothetam miſſo, antequàm id ſcripto teſtaretur, hinc avocante Deo abiverat ad meliora. *ad pag.* 19.

Falſum eſt 16. quod ais: *Dionyſiana* OMNIA *cenſeri poſſe quaſi communia horum* (Capucinorum Hannoverenſium Hildeſ. & Paderb.) UNIVERSORUM: Cum ad oculum pateat; quod nullus ex Hannoveranis, ex Hildeſienſibus verò non niſi unus, & ex Paderbornenſibus unus duntaxat Capucinus opuſculum meum approbârit; Nec ipſe tu (credo) duos aut tres aut etiam quinque duntaxat homines dixeris UNIVERSOS, quandoquidem terminus ille non dicitur niſi de quantitate notabiliter magnâ.

Prætereà non ignoras, quod Librorum cenſoribus non incumbat aliud, quàm Videre, ne ſibi Commiſſus author *doceat* aut tradat aliquid, quod Corrumpat *doctrinam* fidei & morum, non verò moroſiùs diſpicere, utrùm adverſarii verè hæc omnia ſentiant, quæ prætendit, vel ab eodem duriùs habeantur, quàm promerentur; hoc enim, cum foret oneris non ferendi, cenſores authori defendendum relinquunt adverſariorum ſcriptis ſœpè ne quidem viſis: prout Animadverſionem tuam cenſorum

meorum primus nec vidit, nec visu dignam existimavit.

Dato proindè, quod iniquiùs te habuissem, illa tamen, quibus id feciſſem, Verba [utique non doctrinalia] censoribus immeritò adscriberentur. *Maledicta* verò & *Calumnias aliaque impotentis animi turpia germina* non habet meus, ut tu hîc calumniaris, Philanthon, sed tua Discusio, quâ turpitudinem propriam plus satis ipse discooperuisti, cum viros optimos dehonestare frustrà, sed tamen improbè Laborâsti.

Falsum est 17. quod ais ex Capucinorum adversùs *Jesuitas Livore* Libellum meum *Censuræ* eorum *exhibitum non fuisse*; Cum eundem ipse tàm intentione animi, quàm expressione verbi etiam Jesuitis exhibuerim censurandum: licet enim censores extrà Ordinem nostrum vel quærere vel admittere non tenerer, motu tamen proprio [cum Episcopi res ageretur, & ejusdem sumptibus esset expedienda] librum eidem obtuli disertè petens, ut illum ipse sive Benedictinis, sive Jesuitis, sive alijs quibuscunque censurandum daret. Quin ipse ab A. R.P. Ernesto Coppero Jesuitâ petij itidem expresse, si fortè commissam acciperet, acrem sine omni respectu censuram; quam tamen Episcopus detulit, præter familiarissimum sibi R.P. Servatium, etiam R.P. Martino Verves ord. S. Bened. quià paucis antè diebus summam viri hujus tàm doctrinam, quàm sapientiam comprobârat. Nullus verò est ex Capucinis Hannoveranis, qui non diligat & magni faciat Jesuitas; qui & ipsi ejus sunt ingenuitatis, ut complures ex Sanctorum Benedicti, Dominici, Francisci aliorumque familiis sibi in Theologiâ æquivalere nunquàm sint negaturi: Nullusque ex opusculi mei approbatoribus vel cum illis, qui ipsos ut indoctos despiciunt Jesuitas in aperto congredi formidabit. Nôstine tu viros illos? scio, non novisti, ut quid ergò dicis *Iesuitas sine controversiâ Vniversis illis esse longè doctiores*? quia nimirùm Tu falsum dicere nec vereris nec

Vide die zerlegte Martins-Gans D. Joach. Hild

vere-

verecundaris; Sed talis ignotorum contemptus tuam solummodò decet sanctitatem; quam tamen, si ex Capucinis omnibus ostenderis unum, qui alio quocunque Religioso velit haberi sanctior, verè sanctissimam prædicabo. *ad pag.* 20

Ob præfationis Discussionem Conring. Castigatur.

EOdem sanè, inquis, *jure vocari illa* (S. Lucæ scripta) *sic* [pilulæ] *debeant, atque isthæc mea Epistola. Si autem impium illo* (pilularum deauratarum) *cognomento videre S. Lucæ Evangelium, & Apostolorum acta, saltem scurrile & improbum est mea isthæc ita subsannare.* Risum teneatis Amici! Nec enim TU nobis es aliquis Lucas, sed antiquus ille à maledicentiâ sat notus Hermannus, Tuaque isthæc, non verò illa S. Lucæ, scripta verè sunt risu, imò & fletu digna. *ad pag.* 22 *num.* 1. *NB.*

Hominem quidem Laicum, sive Medicus sit ille, sive pistor, posse (Servatis Servandis) etiam de re sacrâ scribere non negamus. Verùm si ad similia non vocatus aut provocatus, in eadem tamen (ut noster Hermannus) irruat importunus, illotus & insulsus, acri lixivio saleque & aceto diligenter est perfricandus, ut vocationis professioniseque suæ commonefactus in ordinem redigatur.

Ego interim id, quod contrà me crepas, scurrilitatis convitium ridens contemno: Quisquis enim *Conringio contradicit, Scurra maledicus est*: Uti scribebat ante 16. annos tuam in se Epistolam castigans Erbermannus in append. Bellar. vindic. Tom. 4. pag. 326. Cum tamen Lutherus, quidquid demùm effutiat, huic hominum generi sit non scurra, sed pretiosus Vir Dei, Megalander, Theander, ac *verè os* ipsius *Christi.* Audiamus verò extremam Prophetici & Angelici hujus oris puritatem simul ac honestatem. Pudet quidem, sed oportet tamen coactum ex innumeris pauca referre quò nimirùm ostendàm.

FALSUM esse 18. quod, ut p. 324. Herman. dicit, publica & notoria de eod. Luthero à me asserta Vitia sint *mendacia Cynica imò Diabolica.* Eloquar autem hæc *propter excellentem animi mei dolorem*, ut cum S. Epiph. horrendas Gnosticorum spurcitias relaturo loquar, quod scil. Os tam abominabiliter fœdum *Os Christi* nuncupetur; Eloquar, inquam, ea, quæ provocent in Legente non Libidinem, sed horrorem: innumera quippe alia in ejusd. scriptis est Videre, quæ hominem immortificatum fœdâ libidinis flammâ vix non succendant. Tu interim, Conringi, aureas istas tanti Doctoris pilulas, si forsan & tibi serviant, devotè considerabis.

Oralem Corporis Christi manducationem negantibus (quibuscùm pars est Calviniſtis) os obturatum volens, in publicâ anno 1546. 17. Jan. 30. antè mortem diebus Wittebergæ habitâ Concione inauditâ subtilitate duo in humano corpore distinxit ora ac dixit: Die Sacramentierer sagen / wie kan GOtt der Allmächtig seinen Leib im Brodt geben? Ich wolte / daß du müßtest mit dem Hindermaul etc. Conc. 2. de convers. S. Pauli Hallæ eod. anno 26. Jan. sic loquebatur. Pabst / Cardinál und die schebbige Münch gehen mit Heiligthumb umb / ey küsse mich auffs Heiligthumb / ja küsse mich auffs Leder / hette schier was anders gesagt.

phui! phui! To. 8. Jen. 1562. f. 280. p. 2 phui! phui! ibid. phui! phui! eod. Tom. f. 384. pag. 2. phui! phui! ed. Francf. 1567.

Ultimo antè mortem vesperi hæc prorsùs spiritualia devotissimè proferebat: Wir alte müssen darumb so lange leben / daß wir den Teuffel in Hindern sehen; an & tu inter eos es jam Septuagenario major Hermanne?

Omnis jurista aut est Nequista aut ignorista, inquit in Colloq. mens. tit. Von Juristen sub fin. Ein jeglicher Jurist ist entweder ein Schalck oder ein Esel / der nichts kan in Göttlichen Sachen; Und wann ein Jurist davon disputieren will / so saget zu ihm: Hörstu Gesell / ein Jurist soll hie nicht ehender reden / es fartze dan ein Saw; so soll er sagen:

fol. 530. ibid. 1568. fol. 414. Lipſ. 1577. fol. 479.

Danck

Danck hab liebe Großmutter/ ich hab lang kein Predigt gehört. Audistisnè DD. Cancellarij, Consiliarij, Doctores, Licentiati, Procuratores & Advocati?

Henricum Ducem Brunsvicensem ac S.R.I. Principem hisce anno 1541. alloqui non verebatur: Du schändtlicher Heintz/ unverständiger Narr/ solteſt nicht ehe ein Buch schreiben/ du hetteſt dan ein Fortz von einer alten Saw gehöret. Da solteſtu dein Maul gegen auffsperren/ und sagen: Danck hab du schöne Nachtigall/ da höre ich einen Text/ der ist für mich. Im Buch wider Hanß Worst. Longè post med. ib. Heintz Potzenhut. ib. fol. 426. (er Hertzog Heinrich) were besser ein Frawenhut/ der nichts thun solt/ denn ein Eunuchus, das ist/ ein Frawenhut stehen in einer Narrenkappen mit einem Fliegenwedel/ und der Frawen Hüten/ und des davon sie Frawen heissen/ wie es die groben Teutschen nennen. phui! phui! *To. 7. Ien. 1581. fol. 427. pag. 2.*

S.R.I. Electores & Principes Augustæ anno 1530. solemniter congregatos pulcherrimâ hac decorat comparatione. Gleich als wan das Hochgelehrte und Durchleuchtige weise Vieh/ die Säw auff ihrem Reichs-tag beschlüssen: Wir Säw gebieten/ daß niemand halten soll/ daß Muscaten edel Würtz sey; was sie aber seyn/ wissen wir nicht. Wir halten aber etliche/ es seyn Treſter/ etliche es seyn Kleyen/ etliche es seyn Kohlblatter/ etliche es seyn die köstlichen Bawren Galreden unter den Zäunen. Eben so weißlich Handlen hie auch unsere Hochgelehrte und Durchleuchtige Säw zu Augspurg. phui! phui! *to. 6. wit. 1559. fol. 160. pag. 1. §. de lib. arb. to. 5. Alteb. p. 553. col. 2* phui! phui! Tischreden Franckfurt 1567. *fol. 446.*

Imperatorem simul & Papam hisce contaminat: Wenn jhme [dem Babst] der Keyser die Füsse küsset/ so muß er jhn wider dagegen im Hindern lecken.

Provoco, inquit, *& appello omnium nomine ad S. Sedem Romanam, illam sc. in quâ explorantur Papæ, an sint Viri vel mulieres. Si sint viri, ostendant TESTES contrà nos Hæreticos. Si sunt mulieres, dicam illud Pauli: mulier in Ecclesiâ taceat.* Ita scribebat an. 1545. Paulò antè mortem gegen das Babstumb zu Rom vom Teuffel gestifftet. Tom. 8. Jhen. 1568. f. 243. p. 1. alludens *ib. 1568. fol. 349.*

Adverſus Latin. cultus Relig. l. 4. c. 1. dens nimirum ad tritiſſimam illam inter Veſtrates de Johannâ Papiſsâ fabellam, quam quidem David Blondellus Calviniſta peculiari confutat Libro, & præcipuus item inter Prætensè Reformatos Dallæus *deliram atque ridiculam* vocat, & ipſe Tu reijcis in Reſponſ. ad Nihuſij novas object. ſubjunctâ Libro de Orig. juris Germ. ed. Helmſtad. 1649. c. 2. n. 29. p. 273. ita ſcribens. *Non indoctum videlicet aut inclegans eſt illud Allatii de Joannæ Papiſſæ fabulâ opuſculum: quànquàm Proteſtantium Cauſæ nihil confutatione iſthâc derogetur; FABULAM enim dudùm haud pauci eorum agnoverunt, neque mihi unquam ſeſe probavit.*

phui! phui. Quin & ipſum cum Angelis ſanctis omnipotentem Deum ita commaculat: Hab ich dir nicht droben geſagt/ daß ein Jud ſolch edel theur Kleinod iſt/ wan er ein Pomp läßt/ ſo dantzet GOtt und alle Engel/ wann er ſchon gröbers thäte. **Von den Juden und jhren Lügen.** Tom. 8. Jhen. 1568. fol. 90. pag. 2. §. 1.

phui! phui! Ex his verò aliiſque innumeris apertè vides, quod de ſe ſuiſque rivalibus licet fœdiſſimè, veriſſimè tamen [Eccleſiâ exceptâ] dicat: Wir ſind weiland auch der hölliſchen

to 7. Jhen. 1581. fol. 413. Huren/ des Pabſts newen Kirchen im Hindern geſtecket etc. wider Hanß Worſt. Tu dicis Luthere! his ſordibus foras ejectis Eccleſia erat expurganda.

Cumque his aliiſque non obſtantibus & Conringius noſter ejuſdem Lutheri venerabundum agat encomiaſten,

pag. 274. *Jummâque eum Laude dignum &* p. 61. *virum Maximum* dicat; quâ vel conſcientiâ vel ratione me ſcurram vocat?

Optaſſe te ais collatorem *bonum & doctum adeòque alium*

ad pag. 23. n. 2. *quàm me.* Ego verò hominum non curo judicia, ſive me *minùs*, ſive te *nimis* doctum habeant & bonum. Tu interim tantus Doctor hîc ab homine indocto, adjuvante Deo, vincêris.

Falsum eſt 19. quod *ſcurrilia convicia & mendacia mihi ſal ſint & acetum.* Dic Hermanne, quidnam meretur ille, qui ſcur-

scurrilia convicia & mendacia falsò & contrà conscientiam alteri cuidam affingit? hoc verò feciſſe te jam demonſtravi, & ampliùs demonſtrabo.

Quod cum Diabolo blaſphemans *ſtomachoſum* hîc, uti & p. 40. & 319. vocas Franciſcum, ad ejuſdem Sancti, cui tu forſan brevi tremebundus ſiſtêris, judicium remitto; Cum, te non ignorante, VITÆ ejus univerſa teſtetur hiſtoria, quòd nullatenùs fuerit in proximum ſtomachoſus, ſeu, quod idem eſt, faſtidio & iracundiâ plenus, ſed melliſluâ ſemper in omnes abundaverit ſuavitate; ſtomachoſus autem fuerit (ut ita loquar) nonniſi in facta carnis, fallaciam mundi, & deteſtandam Sathanæ operationem. Undè [ut videre eſt in ſpec. Vitæ S. Franc. Metis 1509. fol. 80. Ubi hiſtoria, quam hîc tangit auctor *conform.* ad Longum eſt deſcripta] cùm Dœmon ille Franciſcum vocitans ſtomachoſum ob id argueretur à Sacerdote, reſpondit ſe eum ideò ſic vocare, *quod non poſſet præ odio proprio nomine nominare*; quia nimirùm ſemper implacatiſſimum fuerat hoſtem expertus. Tu verò apertiſſimè eum tanquàm perverſi in proximum ſtomachi traducere non formidas, ut videlicet

Falso hoc tuo 20. in ſanctum Dei ipſo *hîc* iniquior Dœmone comproberis. Sanè admirandâ ejus ac Divinâ prorſus *longanimitate*, quâ *innumeris affectus injuriis, ut ſurdus & mutus, in omnibus facie hilari pertranſibat, Dominus Bernardus de Aſſiſio, qui erat de nobilioribus & ditioribus & ſapientioribus de civitate, cujus conſiliis omnes acquieſcebant*, permotus fuit relictis omnibus totum ſe Dei ſervitio mancipare. *ſpec. lit. fol. 5.*

Porrò conformitatum auctor argumenti ſui 6. Vim poſuit non in teſtimonio Dœmonis ſimpliciter, ſed ut omnipotentis Dei virtute *adjurati*, conſtricti & coacti dicere veritatem interrogatam, adeòque in ipsâ Dei omnipotentis virtute.

Et quanquam Diabolus, ut citata habet hiſtoria, à Sacer-

cerdote illo *per Crucifixum & Sanguinem ejus pretioſum* fuerit adjuratus, conſtrictus & coactus dicere veritatem interrogati; Nemo tamen dubitavit unquàm, quin potuerit nihilominùs pro more ſuo contumelias, blaſphemias alioſque inferorum furores, uti & de rebus non ſub adjuratione rogatis mendacia intermiſcere.

Ad illa Bellarmini: *licet dicere, S. Petre miſerere mei, ſalva me; dummodò intelligamus; Salva me & miſerere mei orando pro me.* Sic exclamas: (animadv. p. 18.) QUID EST *fucare ſcelus, ſi hoc non eſt?* Quomodò verò ſic potuiſti cum ratione & judicio exclamare, ſi illa (*S. Petre miſerere mei; ſalva me*) precando dicere, non credideris eſſe ſcelus? Quod operâ improbâ vel ſaltem Vanâ fucet Bellarminus, & veriſſimè Romana committat Eccleſia, ut in *quâ hæ & ſimiles precandi formulæ ſint uſitatæ.* Ac proindè ſic exclamando ſcelus eidem veriſſimè intentâſti.

animadv. pag. 18. lin. 1. & 2.

Nam ſi illa, quibus hic te fruſtrà excuſas, proverbialia uſurpaſſes, videlicet: *Quid eſt nigrum dicere album; aut tenebras lucem, vel Æthiopem lavare aut laterem, ſi hoc non eſt?* Metaphoricè & impropriè de vano excuſationis labore locutum te eſſe vel cœcutienti protinùs apparuiſſet; cum notorium ſit, quòd ita precari (*S. Petre ſalva me*) non ſit, nec eſſe poſſit verum & propriè dictum album vel nigrum, nec verus & propriè dictus Æthiops vel later.

Hæc verò tua de ſeſe contumelioſa locutio (*Quid eſt fucare ſcelus, ſi hoc non eſt?*) nec eſt proverbialis, nec in ſimilibus uſitata, nec in eâ *ly ſcelus* ſumitur vel ſumi poteſt metaphoricè; & tu inſuper credis & credidiſti ſic precari (*S. Petre miſerere mei, ſalva me*) eſſe de facto verum & propriè dictum *ſcelus*; abominandam videlicet idololatriam, propter quam ſanè juſtiſſimè quis condemnatur, ac proindè veriſimè eſt & dicitur ſceleſtus Dei ſui proditor ac deſertor.

Et quânam, obſecro, ratione hic dicis voluiſſe te ibi, quòd

quòd admissâ illâ Bellarmini excusatione possit *quodvis* scelestè dictum factumvè fucari, si dictum illud precativum (*S. Petre miserere mei; salva me*) non judicaveris esse, & quidē maximè summèque scelestum? Non enim, ut probè nôsti, sic benè colligitur: Non-scelus potest hoc modo fucari, ergò & scelus, imò & quodvis scelus: Calx viva potest operiri stramine, ne videatur; ergò & ignis luculenter ardens.

Falsum igitur 21. dicis, imò Juras, cum ais: *Ego verò Deum sanctè testor nunquam mihi veniisse hoc in mentem*; quemadmodùm & p. 48. per *Dei notitiam* juras esse te à maledicentiâ alienissimum, tametsi omnium oculis exhibeas te summè maledicum. Videat æquus Lector opusculi hujus præfationem, & obstupescat ejusmodi virum sic potuisse jurare!

Excusas tu quidem *animadv. p.* 46. Ecclesiæ Rom. vulgum ob ignorantiam, quam ais penè invincibilem: verùm ego non huic sic, ut prætenditur, ignoranti, sed ipsi Ecclesiæ Rom. scelus improperâsse te dixi in præfat. quia nimirùm *animadv.* p. 18. tu dixeras, Bellarminus palliandis ejusmodi preculis hæc scripsisse *tantùm in id fortassis, ne videatur Ecclesiam* nostram *errasse aliquando*; Hanc verò ipsam in animadv. tuâ nullatenus excusâsti, nec hîc (scio) à scelere cogitas excusare, ut quàm p. 173. *scabiosum* nuncupas *scortum*. Vana igitur est tua hæc, & ipsi facto contraria protestatio.

Falsò proindè 22. & contrà conscientiam dixisti, quòd *verba innoxio sensu recepti usus* (sc. illa: quid est fucare scelus, si hoc non est) *perversâ interpretatione rapuerim in alienam sententiam & improbam.*

Nec injurioso huic effato suffragari potest illud recepti juris: *sensum, non verba considerare debemus*; cum huic ipsi juri eodem hoc loco suis ipsius manibus os contundere attentâris.

Ob Capitis 1. Discussionem Conringius castigatur.

ad pag. 29 *&* 30. NOn responsum, sed risum merentur Clamosissima, quæ duas hasce paginas occupant, impotentis animi convitia ac laudes miserimæ illius tuæ (sic dictæ) *concussionis*.

ad pag. 31. *n.* 3. FALSUM est 23. improbum facinus (ita vocas permissionem Novenæ) à me laudari, quasi rem bene gestam; manifestum est enim, me ibi duntaxat mirari, quod tu tantus Doctor ob Anonymum, minimum, evanidum, Téque non provocantem libellum volueris tantùm vexari. De indoctis verò illis & imprudentibus devotastris, qui ejusmodi libellos evulgare præsumunt; déque perfunctoriis & inconsideratis hominum sæpè minùs versatorum censuris sœpissimè sum conquestus jam antè, quàm tu de animadversione scribendâ vel somniares. Factam insuper ab Episcopo Novenæ nec lectæ nec intellectæ permissionem improbi facinoris ipse tu p. 3. & alibi excusâsti: Nec ejusdem temerè accusandus est ipse auctor; cum præsumendum sit, eum non malitiosè finxisse, sed ut hominem minus prudentem ac doctum fuisse vel hallucinatum vel deceptum.

ad p. 31. *&* 32. *n.* 4. Intolerabilem sycophantiam & calumniam scelerata intentas mihi eò, quòd scripserim te Papistas *odisse & execrari*. Verùm ignoscere debebat suavissima benignitas tua, si forsan ignorassem Lutheranissimum te Lutheranum non scire quidem tuum (quod vocant) *Pater noster* Lutherice recitare; poteram enim non immeritò cogitare te filium non omninò degenerem illud saltem ex parte à Patre tanto perdidicisse: Audiamus verò devotissimam hominis devotionem! Das soll mein Ruhm und Ehre seyn (scribebat anno 1531.) wils auch so haben / daß man von mir hin-

Tom. 5. *Jen* 1566. *fol.* 309.

hinfüro ſagen ſolle / wie ich voller böſer Wort / ſcheltens und fluchens über die Papiſten ſey; Wil auch hinfüro mich mit den Bößwichten **zerfluchen** und zerſchelten biß in meine Gruben / und ſollen kein gut Wort mehr von mir hören / ich will jhnen mit meinen Donnern und Blitzen alſo zu Grabe leuten. Denn ich kan nicht betten / ich muß dabey fluchen; ſoll ich ſagen: geheiliget werde dein Nahm; ſo muß ich dabey ſagen / **verfluchet** / verdammet / geſchändet müſſen werden **der Papiſten** Nahmen / und alle die deinen Nahmen läſteren. ‥‥ Warlich ſo bette ich alle Tage mündtlich und mit dem Hertzen ohn Unterlaß. im tract. wider den Meuchler zu Dreßden. §. das will ich. *an.* 1557 *fol.* 328. NB.

Quanquam verò non uſquè adeò devotum TE credam, ut homines noſtros ad æternam uſquè damnationes oderis & execreris, ſive (quod mihi perverſiſſimè hîc impingis) ut eos æternaliter, aut civiliter damnatos velis; nullus tamen dubito, quin eo ſenſu reijcias & damnes, ac per conſequens execreris Papiſtas, quo juxtà confeſſionem Auguſt. *damnas* Pelagianos art. 2. & 18. Novatianos art. 12. Donatiſtas art. 8. &c. an his Papiſtæ tibi ſunt meliores? contrarium certè clamitant libri veſtri ſymbolici, Lutheri, aliaque innumera veſtratium ſcripta. Wo der Keyſer (inquit. Luth. in der Warnung an ſeine liebe Teutſchen ante med. §. aber weil ich) durch ſeine Teuffel die Papiſten verhetzt auffbieten würde etc. ib. poſt med. §. Die erſte Urſach. Unſere Teuffel die Papiſten. ib. longè poſt med. Was ſind aber die Pabſteſel / denn lauter Teuffel leibhafftig?

Cùm ergò Megalander ille Lutherus ſine Papiſtarum execratione ſuum (ut jam vidimus) orare non potuit *Pater noſter*, quomodò TU hactenùs id potuiſti? dicam enim (ne forſan à pueris ridêare) te tantum Lutheranorum Doctorem ſcire Luthericum *Pater noſter*; credámque te illud in ſenſu Lutheri frequentiſſimè recitare, ac perconſequens miſellos Papiſtulas execrari; quiſnam verò ſit

ille Lutheri sensus, Tu, spero, ipse docebis nos, eoque ipso *intolerabilem* mihi intentatam συκοφαντίαν & *calumniam scelleratam* resorbebis.

Scio equidem, nec unquam volui negare te cum non paucis nostrarum partium amicitiam civilem colere; Nec credo Papistas te singulos *simpliciter* execrari; Certus tamen sum, quòd Monachos, uti & Ecclesiasticos hominum nostrorum cœtus omnes sic ames, ut eos ex hisce partibus in ultimam usque Thulen ejectos velles; Capucinos etiam & mendicantes tantùm non omnes in hac discussione tuâ non utique ex amore, sed acerbo in homines nostros odio tàm fœdè, quàm iniquè studueris commaculare; quòd ipsam denique Romanam Ecclesiam universam (quæ non est, nisi *hominum nostrorum* congregatio, societas & fraternitas Religiosa) cùm eam p. 173. *scabiosum* appelles *scortum*, verissimè execreris.

Falsum est 24. *Sævissimum in homines Ecclesiæ vestræ odium esse juxtà leges Curiæ Romanæ.* Odit enim illa non homines, sed in homìnibus cum contumaciâ defensos, inquè Ecclesiæ ac Reip. subversionem sparsos errores. Scisne verò quàm mites sint Anglia, Suecia aliæque Lutheranorum & Calvinianorum plagæ in eos, quos fidem nostram apud suos proseminasse, vel etiam Missam duntaxat celebrasse offendunt? an & hinc inferes sævissimum, in homines Ecclesiæ nostræ, odium esse juxtà Anglorum & Suecorum leges?

Communionis vestræ partes paulò hinc remotiores Judæi, & Tartari (quos vocant) liberrimè pervagantur; in eisdem tamen Monachus quispiam, tametsi Germanus sit & Christianus ac publicâ gaudeat Imperii ac Religionis pace, nisi occultet habitum, sine injuriis ac manifesto vitæ discrimine vix ad passum progredietur; Hoccine est esse Evangelicè mitem? homines videlicet nostros ad lapidationem usquè ad mortem odisse & execrari? Ego verò homines Ecclesiæ vestræ non prosequor (quemadmodum hîc sævis-

sæviſſimè ſuſpicaris) odio sæviſſimo, ſed dilectione ac charitate; pluribuſque ipſorum, ſine ullâ converſionis ſpe, conſilio ſimùl & auxilio fui, nec exiguas alibi gratias obtinui, & hic obtinemus sæpiſſimè Capucini.

Falsum eſt 25. Erbermannum Tuæ in eum epiſtolæ ad Titium *nihil repoſuiſſe*; ipſe enim in appendice Bellarmini vindicati edit. Herbip. 1661. Tom. 4. à p. 325. uſque 332. eam egregiè caſtigavit; Cumque te virum adeò ſagacem à 16. annis id ignorare potuiſſe nec crederem, nec etiamnùm tibi tot fallitatum convicto credam; atque caſtigationi illi nihil à te repoſitum eſſe & ſcirem & ſciam, obmutuiſſe te veriſſimè dixi. Quemnam igitur dicto in me *vel mendacii contrà conſcientiam, vel inſaniæ* convitio lædis? utique temetipſum! *ad pag. 32. n. 5.*

Falsum eſt 26. *Te pugnas Verborum non inſtituiſſe*: nam, ut alia præteream, pag. 17. & 18. toto §. *Cæterùm.* manifeſtiſſimè nihil aliud agis, quam quòd verba precularum impugnes. ac pag. quidem 18. ad illa Bellarmini. *Quantùm ad verba licet dicere: S. Petre miſerere mei, ſalva me, dummodò intelligamus; ſalva me & miſerere mei, orando pro me; da mihi hoc & illud precibus & meritis*, ſic criminando exclamas: Quid eſt fucare ſcelus, ſi hoc non eſt? & tamen hîc, eò quod logomachiam tibi verbulo exprobravi, iterùm ſic exclamare non erubeſcis. *Vah calumniæ Dionyſianæ penè Cynicam impudentiam!* Undè mutato nomine de te ſic exclamarem, niſi me retineret honeſtas. *ad pag. 33. n. 6.* *vid. & pag. 43.*

Eccleſiam Rom. à te deriſam eſſe ego non dixi. tametſi tu eam hîc p. 173. convicio contumelioſſimè deriſorio *meretriciâ fronte ſcabioſum ſcortum* appelles. Pro illis verò: *Quid ſi fornicariâ Matre natus ſit Capucinus?* Scribere hæc debebas: Quid ſi fornicariâ Matre natus ſit Conringius? Ad n. 9. vide ſuprà p. 28. 29. Numerum decimum, qui mea cum ratione legerit, riſu explodet. *ad pag. 34. n. 8. 9. 10*

Fal-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [35] - 31
PUBLIC DOMAIN

ad pag. 35. n. 11. FALSUM eſt 27. quòd incuſaverim TE, cap. 1. quaſi *jactationem duarum illarum revelationum ipſi Eccleſiæ Romanæ imputâris.* Aperi oculos tuos & vide, Méne an temetipſum hîc illo *impudentis calumniæ convitio maculâris.*

ad pag. 36. n. 13. FALSISSIMUM eſt 28. quòd ſcripſerim à te clamores *PROPTEREA* excitatos, quia Novenæ auctori aut editori Hannoverano *de utrâque revelatione* Verbum aliquod exciderit; & tamen ita ſcribere non erubeſcis: *à me clamores PROPTEREA excitatos MENTITUR Capucinus*; Vah Cœcam criminandi libidinem! ego verò hîc arbitros appello oculos hominum quorumcunque.

Porrò contrà precularum verba te clamitâſſe *animadv. tuæ* p. 17. & 18. nec non alibi, eſt manifeſtum; Clamores quoque maximos etiam unico duntaxat verbulo notorium eſt ſæpiùs excitari: Animadverſionis verò tuæ & annexorum occaſione quàm animosè clamatum ſit contra Papiſtas non tantùm in Cathedris, ſed etiam in popinis & tabernis, vix harum partium ſagacior quiſquam ignorat.

Ob Capitis 2. diſcuſſionem
Conringius Caſtigatur.

ad p. 38. 39 n. 1. CUm Auguſtana Confeſſio in formâ authenticâ tàm *latinè*, quàm Germanicè ſit ibidem exhibita, ut manifeſtum eſt ex præfat. ad Carol. V. Imp & Confeſſione Joannis Ducis Saxon. quæ habetur inter opera Luth. atque etiam à *phraſibus* iſtius confeſſionis *ne latum quidem unguem* diſcedendum decreverit Lutheraniſmus in præfat. ad lib. Concordiæ ſub fin. conſequenter tàm latæ quàm ſtrictæ ſignificationis cultum *Religioſum* etiam in ſcholis Theologicis & ſacris diſputationibus tu tenebaris admittere; adeòque cum (niſi ignorantiâ affectatâ) ignorare non potueris à nobis latæ duntaxat, & nullatenus ſtrictæ ſignifi-

tom. 5. Jen. 1557. f. 46

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [36] - 32
PUBLIC DOMAIN

gnificationis cultum Religiosum & asseri & tribui Sanctis (quemadmodùm ab August. Confes. tribuitur potestati Ecclesiasticæ & gladij) dicere salvâ juramenti tui fide non poteras, solum Deum Religiosè colendum esse, *adeò*, ut *omnem* nostrum Sanctorum cultum Religiosum damnares; Cum nec ipse tu ausis negare plerosque nostros Sanctorum cultus, quos dicimus Religiosos, esse tales non strictâ, sed latâ significatione; Quin & ipsam phrasin à te ad solum Deum restrictam esse quis non credidisset? Cum passim à vestratibus damnentur nostri, qui dicunt Sanctos Religiosè colendos esse.

FALSUM est 29. Quod sive pupugerim, sive insectatus sim Calixtum vestrum; posset enim vel cœcus videre, me hîc voluisse duntaxat ex eo te commonefactum, quod etiam Romano-Catholicos à te *tanquam Fratres & haberi & diligi oporteat*, non verò conviciis & criminationibus falsis injuriosè proscindi. Vid. Calixt. in desid. & stud. concord. Eccl. §. 2. 3. & 4. Sed Hermannus noster clausit oculos suos, ne videat veritatem; ac dicterio non tantùm ab ipso Dæmone emendicato, sed insuper à se (Vt pag. 25. ostendi) contrà conscientiam perverso blasphemare non dubitavit S. Franciscum ita scribens: *Discatque* (Dionysius Capuc.) *ergà nos quoque eodem esse animo ad exemplum corde mitis Salvatoris nostri*, NON SVI STOMACHOS I FRANCISCI. Nimirùm ita mititatem me docet Hermannus, uti ebriosa mancipia Laconum filios docebant sobrietatem. *Ad p. 40. n. 2.*

Ob Capitis 3. discussionem Conringius Castigatur.

CUm tu *primariò* egeris contrà S. Antonij Novenam, nec *alium in finem* conatus sis demonstrare, revelationem Bononiensem esse vel fictam vel diabolicâ, quàm ut *cultum* illi nixum detestandum probares; atq; hinc arreptâ occasione etiam horribili voce detestatus sis ipos ab Ecclesiâ Rom. re- *Ad p. 42. n. 1.*

Animad. p. 17. 18. 20. 25. 27. 28. 47. ceptos sanctorum cultus rectissimè dixi : *Quidnam, oro te, vis, nisi, &c.* quandoquidem respectu horum nihil quodammodò erat, quidquid de Brigitticis illis fueras cavillatus: Quandoquidem (ut ut sit de facto Revelationis illius, de numero vulnerum & guttarum Sanguinis Christi, deque prætensis indulgentiis) bonum esse in gratam vulnerum & Sanguinis Christi memoriam sæpiùs orationem Dominicam recitare nec ipse negaveris. Cumque prætereà phrasis ista: *Quid vis, nisi?* hic non sit exclusiva, multúmque differat interrogatoria hæc mea ab illâ tuâ mihi affictâ assertoriâ: *Tu nonnisi cultum illum voluisti detestari;* atque abundè insuper insinuaverim te de Brigitticis illis etiam egisse, hinc

FALSUM 30. profaris ac contrà conscientiam dicis : *mentitur Capucinus me nonnisi cultum illum voluisse detestari.* An verò & confessio Aug. est mentita, cum art. 20. dixit: *Concionatores* (in Papatu) TANTUM *puerilia, & non necessaria opera urgebant?* excusâstis quidem hactenus eam, quod ly *tantùm* ibi non sumat exclusivè; nec etiam excludat verbum & Sacramenta, cum docet hominem *Nonnisi* fide, sive *solâ* fide justificari; At juxtà Conringium ea nihilominùs mendacij est condemnanda.

Ad p. 42. n. 2. respondebo, quando conatus fueris tua illa narrata demonstrare.

Ad n. 3. Vide quæ habet Philanthon p. 130. 131. & tàm acerbè querulantis miseri miserere Hermanni.

Ad p. 43. n. 4. FALSUM est 31. quod dixerim scripsisse te, OMNEM Sanctorum cultum Dœmonibus exhiberi. Testimoniis verò Cyrilli, & Pererij nihil opponere volui; quia cum ipsis, uti & cum S. Augustino sensi. Quàm placent Hermanno figmenta sua! ad ea siquidem, licet septuagenario major, tanquam ad lyram tripudiat & subsultat.

Ad n. 5. FALSUM est 32. Quod perversè allegem verba tua, tibique per injuriam adscribam populi suspiciones : Idem enim, quod ais vulgum vestrum non posse penè non suspicari,

ri, ipse te sentire jam antè apertissimè innueras *animadv.* tuæ p. 25. in med. p. 27. post med. & p. 20. antè med. collata cum p. 19.

Falsum est 33. Quod vel dixerim vel innuerim Rom. Ecclesiæ *universum* Religiosum cultum à te existimari abominandum, execrandum & detestandum; cum apertissimè egerim de *Sanctorum* duntaxat cultu Religioso, quem tu utique OMNEM abominandum doces illis p. 12. à me relatis; & tamen *mendacii abominandi* convitium in me jactare non erubescis!

Ignosce verò, suavissime Conringi, si forsan ignoraverim hactenus te non fuisse Christianum secundùm prophetam, Apostolum tuum & Evangelistam Lutherum: Ille enim ore prorsus mellifluo sic precatur & suos precari docet. Sein (GOttes) Will geschehe / Amen. Und falle das lästerliche Bapstumb / und was daran hängt in Abgrund der Höllen / wie Johannes verkündiget in Apocalypsi, Amen. Sage / wer ein Christ seyn will. Amen. In glossa super edict. Imp. Anno 1531. in fin. vide & sup. p. 29. *Tom. 5. Altenb. 1662. p. 559.*

Verùm tu dubio procul es Lutherico-Christianus, ac proindè universum Papatum, *quà talem*, sive universam Ecclesiam Romanam *ut sic* (in quo sensu ego apertissimè sum locutus) Tu utique cum Theandro tuo sic, ut jam vidimus, devotissimè execraris; Ut quam p. 137. *meretricià fronte scabiosum scortum* appellas.

Sanè sacramentarios (quales sunt Calvinistæ) tuus ille Propheta tanquàm homines *indiabolatos, perdiabolatos, & superdiabolatos* anno 1544. (quandò jam utique plenè illuminatus erat) in brevi confess. de S. Sacram. ita execrandos docebat, ut scribere non dubitaret: kein Christ soll / noch kan für die Schwermer betten. Et quomodò, si pro Papistis (quos utique Calvinistis pejores *Tu* putas) præsumas orare, Luthero es Christianus? Quî verô illius, quem Dei prophetam & Angelum credunt, sententiam hanc non approbent vestra- *In der kurtzen Bekantnuß vom H. Sacr. To. 8. Jen. 1568. f. 176. p. 1.*

Tom. 1. Lat. Jen. 1556. f. 71. p. 2. vestratium perquàm multi : *Si fures furcâ, si latrones gladio, si hæreticos igne plectimus ; cur non magis hos Magistros perditionis, hos Cardinales, hos Papas,* ET TOTAM ISTAM ROMANÆ SODOMÆ COLLUVIEM, *quæ Ecclesiam Dei sine fine corrumpit, omnibus armis impetimus, & manus nostras in sanguine istorum lavamus?* Hæc mitissimus ille agnus in *Epist.* Epitomæ Responsionis Sylvestri Prier. subjunctâ.

Tom. 8. Ien. 1562. f. 245. Adhuc mitior erat anno 1545. paulò antè mortem ita scribens: Darnach soll man ihne selbst / den Bapst / Cardinál / **und was seiner Abgötterey und Bápstlicher Heiligkeit gesindlin ist** / nemmen / und ihnen als GOttes-Lásterern die Zungen hinten zum Halß herauß reissen / und an den Galgen annaglen an der riege her / wie sie ihre Siegel an den Bullen in der riege her hangen / &c. Ibid. optat daß man mit ihme (dem Bapst) und allen Cardinálen / und gantzem Hoffe daß Fuchsrecht spielete; die Haut über die Köpfe streiffete / &c. sihe! sihe! wie wallet mein Blut und Fleisch / wie gern wolt es das Bapsttumb gestraffet sehen! Im Buch wider das Bapsttumb zu Rom vom teuffel gestifft.

Tom. 5. Ien. 1566. fol. 20, 21. Porrò utî me hîc de Calixto cornicari tu falsò dicis, ita verissimè de Electoribus, Principibus & statibus S.R.I. An. 1530. Augustæ congregatis tuus cornicabatur Propheta in der Schertz-Schrifft von der Dohlen und Krähen Reichs-Tag / ubi postquam illos vilibus hisce avibus comparârat, suavissimè sic jocatur. Wir wünschen ihnen Glück und Heil / daß sie allezumahl an einen **Zaunstecken gespieset weren**: Viden? quòd hominem rexerit spiritus ille, qui *ab initio fuit homicida!*

Ad p. 45. n. 7. FALSUM est 34. quod dixerim te ἁπλῶς de omni in universâ Ecclesiâ Rom. recepto cultu locutum esse ; videat æquus Lector & judicet.

Ob

Ob Capitis 4. Discussionem Conringius Castigatur.

FALSUM 35. dicis & JURAS: Te sc. à maledicentiâ alienissimum esse; cum vel ex hâc tuâ discuss. sit manifestum, esse te ipsam quodammodò maledicentiam. *Ad p. 48. n. 1.*

FALSUM est 36. *mentitum* me esse, quod *modestè* ergà te se gesserit Erbermannus; Cum, ut legenti patet, ne quidem hoc *dixerim*; sed tantùm in abstracto & ad summum respectivè duntaxat sim locutus, ac judicium lectori reliquerim de palmâ modestiæ vel Ebermanno, vel Hermanno tribuendâ; tametsi utriusque in invicem scripta conferens Ebermannum præ Hermanno ipsam modestiam debeat existimare. *Ad nu. 2.*

Pro vito Ebermanno non utique Apostatâ, sed ex magnâ illa per Lutherum causatâ majorum vestrorum Apostasiâ ad gremium S. Matris Ecclesiæ feliciter reverso non est quod Apologiam scribam, cum ipse te propter illa, quæ hîc iterùm in eum crepas, jam dudum castigârit in append. Bellarm. vind. pag. 330. ubi subdit: *Quod superest D. Medice, resorbe illa tua mendacia, tàm iniquè, quàm prodigè mihi afficta, ac sape deinceps rectiùs & ad sobrietatem.* *Ad p. 49. n. 3.*

Mi Hermanne! Qui *genus*, ac *Cœtum*, (ut tu loqui amas) *Lojolitanum*, vel *plebem Jesuiticam*, *omnes & ferè Jesuitarum in adversarios eorum libros* (& per consequens scriptores) verbo infamat aut scripto, ut tu hîc facis p. 50. & 52. an non loquitur UNIVERSALITER de Jesuitis? licet non loquatur de Jesuitis universaliter omnibus & singulis. *Ad p. 50. n. 4.*

Spiritus S. an non loquitur magis, quàm ego locutus sum, universaliter, cum dicit: *egrediebatur ad eum* (Johannem) *omnis Judææ regio, & Jerosolymitæ* UNIVERSI, *& baptizabantur ab illo*? & tamen non loquitur de universaliter omnibus & singulis eorum; cum alibi dicat: *Pharisæi autem & Legis periti* *Marc. 1. 5* *Luc. 7. 30*

(quorum Jerosolymis & in omni Judææ Regione erant quamplurimi, & habebantur omnium PRÆSTANTISSIMI) *consilium Dei spreverunt in semetipsos non baptizati ab eo.* Hê Hermanne! An & Spiritus sanctus ibi mentitus est contrà conscientiam?

Ad hæc illos, quos nos habemus Religiosos, vestratium non pauci solent vocare *fæcem & rasam colluviem*; cumque eorum distincti sint ordines, hinc alia procul dubio est ipsis colluvies & fæx Dominicana, alia Franciscana, alia Lojolitana, &c. fæx, inquam, non respectu eorum, qui inter Dominicanos, Franc. & Jes. vestro sensu sunt boni, sed comparatione aliorum Rom. Catholicorum; tametsi, ut fæcibus vini admixtæ sunt guttulæ quædam ipsius vini, ita & inter Religiosos nostros sentiatis esse aliquos non omninò malos.

Atque hoc sensu locutum te esse quis non credat? cum de *Lojolitanæ fæcis cœtu* sis locutus, ac probè sciveris, *cœtus* esse nomen *magnæ multitudinis coëuntis ex censu quodam*; Quemadmodùm Jesuitas coire non ignoras.

Denique quid est ineptius, quam dicere, quod non nisi fæx & infima plebs Jesuitarum in adversarios eorum emittat libros? nec ipse tu, scio, dubitabis solere *præstantissimis quibusq;* id muneris demandari.

Et quomodò hîc tibi præstantissimi quique Jesuitarum ea, quæ libris istis continentur, non faciunt sibi suâ approP. 5. *lin.* 3. batione communia? cum velis Capucinos tantùm non omnes libelli mei contenta sibi communia fecisse per censuram?

Illa igitur *mendacii, cynicæ calumniæ, & sycophantiæ* convitia non me, sed suum lædunt authorem.

Porrò, quid significet *fæx Romuli*, quòdque mulierculæ quædam olim dictæ sint *Bacchæ Bacchantes*, dudùm scivi: Etiamsi verò magis placeant tibi *Bacchæ*, quid tamen vetet & Bacchos dici? cum antiquo dicatur proverbio; *Multi Thyrsigeri, pauci Bacchi*: Idque vocabuli ebriosis, ac fœdis homini-

minibus magis etiam quadret, quàm virtuosis.

FALSISSIMUM est 37. *à Valeriano M. universam sine discrimine Societatem* JESU esse accusatam. Cum Apologiæ suæ p. 105. expressè dicat: *Excipio bonos, quorum existimo esse* MULTOS. Et Theophilus quidam pro eod. procul dubio consentiente Valeriano contrà libellum. *Audiatur & altera pars.* p. 3. *Societatem*, inquit, *quæ morum integritate conspicua, virtutumque studio est insignis, colo & suspicio.* Quod si Conringico hic uterer atramento, scriberem te impudentissimè mentiri; sed absit, ut cum ipso Conringio Conringixῶς velim agere. *ad pag. 53. sub fin. n. eod.*

FALSUM est 38. *Mentiri me*, quod libelli editorem voueris haberi *improbum* & *mendacem.* Hos enim titulos evidentissimè continent tua illa etiam hîc repetita: *Cavit certè hactenùs* (dissimulatione nominis) *ne deprehensus in mendacio erubescat; Quod viri boni esse nemo judicabit.* Vir non bonus nunquid est improbus? quomodo verò cavit ne deprehenderetur in mendacio, vel quomodò potuit in eo deprehendi, nisi mentitus & *mendax?* *ad pag. 54. n. 5.*

Cumquè dixeris ab Episcopo *non ex animi sententiâ*, sed *vi coacto* permissum esse libellum impiũ & scandalosum, quid aliud etiam his ipsis succlamâsti, quàm eum impietatis illius *notitiam* habuisse, & tamen reclamante conscientiâ, & consequenter *deliberatè* & nefariè permisisse rem de se malam, sine ullo mali majoris metu facilè impedibilem, in gregis sibi commissi scandalum & ruinam. In quo casu nec ipso mortis atrocissimæ metu à scelere excusêris. *Ad n. 6. 7. 8.*

Quòd verò vi coactâ nonnihil eum excusari dixisti, quis non videt à te non nisi fictè fraudulenterque blandiente contrà conscientiam esse dictum? Cogi enim Episcopum ab editore non potuisse ipsemet agnoscis, cum hunc ab illo etiam *gravi pœnâ* coërceri potuisse supponis. *Animad. p. 7. & 8.*

Deinde Episcopus vi sibi illatæ, seu potius à te fictæ, vel restitit quantũ poterat & debebat, vel sic nõ restitit; si sic nõ restitit (quod per te sanè non fecit, cum eum non omninò, sed

non-

Animad. p. 42. *nonnihil* duntaxat excusatum velis) ergò *sponte*; ergò *nefariè* grande illud, juxtà te, nefas commisit; si ita, ut oportebat, restitit, ipse quidem ab omni culpâ omninò est excusatus, ficti tamen isti à te συλυροκάδοι eum ad grande illud nefas cogere pergentes, *sponte & deliberato consilio*, ac per consequens per te *nefariè* id perpetrârunt & sunt nefarii.

Cumque hæc ex animadversione tuâ per se liquidissimè fluentia ego rectissimè observârim, tu mihi tàm fœdo, quàm iniquo convitio *grande mendacium, grande nefas, & cynicam malitiam* (tuo tamen dedecore) intentâsti.

Ad p. 56. n. 9. Falsum est 39. Quod scripserim Episcopum à *te dictum* esse ridiculè vanum; cum scripserim duntaxat eum à te (non utiquè immediatè & apertè, sed mediatè & occultè) in summo pontifice *tanquam* ridiculè vanum esse *irrisum*: apertè enim Papam ceu ridiculè vanum irrisisti, cum ab eo-

Animad. p. 50. dem nonnisi in ostentationem *ridiculè vanam* Marrocani titulum Episcopo datum dixisti; per pontificis verò latus hoc sese titulo ornantem Episcopum pupugisti. Cumque ut hic dicis, *tituli illi nonnisi inanes sint bombi*, certè ridiculè vani sunt juxtà te, tàm qui dant, quàm qui usurpant illos. Nec ignoras, quòd, qui alicujus sive quà datum, sive quà usurpatum exagitat titulum, ipsum eo gaudentem vexet virum. An verò & tituli illi, quibus E. g. Svecorum Rex sese scribit Cliviæ, Juliæ, Montium, &c. Ducem, nonnisi inanes sunt bombi? cum eundem esse Dominum suum, ne unus quidem partium istarum rusticellus agnoscat? Romanum autem Pontificem innumeri per Marocchi regnum & universam Africam Christiani suum & agnoverunt olim, & hodiedùm agnoscunt, ringente Conringio, superiorem. Verùm de hujus fundatissimo jure aliàs suo loco & tempore. *Mendacis* interim titulum mihi inquissimè datum licet deberem tibi, malo tamen reddere mendacii mendacisque Patri.

Ad p. 57. n. 10. Falsum est 40. Quod dixerim te illis, qui sub initium superioris seculi vixerunt, Antonianis *per injuriam* sive falsò

tribuis-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [44] - 40
PUBLIC DOMAIN

tribuisse fingendi & populum improbè decipiendi effrontem impudentiam. Primò enim manifestissimè hîc te argui duntaxat eò, quòd dixeris hæc *ETIAMNUM* inesse Antonianis. Deinde sub metaphorâ fellis & asæ fœtidæ non sum locutus, nisi de amarâ & graveolente seu diffamante tuâ, qui medicus es, maledicenti; â quæ licet semper sit contrà charitatem, stat tamen non rarò cum veritate.

Ad hæc Cardinales illi & Principes à te citati (ultrà quorum fidem si quid volunt, non valent Polydori illius & Rivallii testimonia) illi, inquam, non loquuntur de istis, qui antè 200. fermè annos vixerunt, Antonianis indefinitè, sed, ut locis à te relatis evidentissimè patet, de eorum duntaxat *Quæstuariis* ac *Stationariis*, quales inter eos ne decimi quique fuerunt. Quin & hos ipsos dicunt non omnes & semper, sed *plerùmque rusticorum abuti simplicitate*; quam profectò famam potuerunt pauciissimi ex eis discoli suscitare.

Tu verò de iisdem loqueris indefinitè ac tàm universaliter, ut ob prætensas eorum fraudes dicas, *neminem posse dubitare de fide illius fœminæ Bononiensis*, quæ tamen nec quæstuarius nec stationarius, nec omninò frater Antonianus fuit aut generis masculini, sed fœminini generis mulier conjugata, imò nec quæstuaria quidem & soror Antoniana, sed Antonium duntaxat cum aliis Romano-Catholicis invocavit. Verè igitur & mihi turpissimo *mendacii* convitio, & illis infami *effrontis impudentiæ* opprobrio grandem fecisti injuriam.

Porrò cum adductis à te testimoniis sic ferocias contrà illos superioris seculi Antonianos, adducam & ego saltem unum de tuo Prophetâ testimonium; quod eò majoris est ponderis & momenti, quò edicta imperialia magis deliberata proponuntur & limata, quàm statuum quorundam gravamina, aliave unius aut paucorum scripta. P. 59.

In edicto itaque à glorios. mem. Carolo 5. Rom. Imp.

de *universi imperii ordinum omnium & singulorum unanimi consilio, maturâ deliberatione & consensu* Wormatiæ anno 1521. 8. Maij publicati, tuus ille propheta dicitur esse *Homo usq; adeò novarum rerum ac potiùs humanæ perditionis cupidus, ut nihil ferè scripserit, vel saltem suo nomine divulgaverit, cui non aliqua pestis, aliquis lethalis insit aculeus : præter illos libros ne nominandos quidem ob execrandam eorum materiam, ipsius tamen titulo editos, ac ab eo cum reliquis ut suos agnitos, quorum singula verba singula venena quis dicat... Tanquam si hic unus non homo sed Diabolus ipse sub hominis specie ad perniciem humani generis assumptâ monachi cucullâ quamplurimas hæreticorum damnatissimas hæreses jam diu sepultas in unam sentinam congesserit.* Sed hoc Imperii universi de Luthero testimonium Hermanno nostro procul dubio est mendacissimum; illa verò de Antonianis sunt vero-verissima, quia sic vult, & sic jubet acceptor personarum, cui placet Lutherus & displicent Antoniani.

Ad p. 60. n. eod. FALSISSIMUM est 41. quòd summam vitæ piæ perfectionem in mendicitate vel ego collocem, vel ullus unquam collocaverit Capucinus aut Religiosus; sentiunt enim omnes cum S. Bonav. in *Apologiâ pauperum Responsionis* 1. *cap.* 3. sub init. Quòd Radix, forma, finis, complementum & vinculum perfectionis sit *charitas*.

Ad p. 60. 61. n. 12. Quòd Apologia vestra Franciscum fraudulenter dixerit sanctum, hactenus ignoravi; cum nemo *alterius vitæ* dici aut haberi soleat *sanctus*, nisi cum Christo regnare creditus.

Ad p. 64. n. 12. FALSUM est 42. Quod scripserim, DIXISSE te (1.) Franciscum fuisse inflatum (2.) illusum à Diabolo (3.) tanquam Diaboli mancipium stigmatizatum. Cum ita scripserim: *intelligenti pauca loquens Franciscum* INNUIS *stolido fastu inflatum fuisse, &c.* quibus utique apertè significavi, te illa non dixisse explicitè & apertè, sed subindicâsse duntaxat, ita ut facillimè perspiciantur ab intelligente; Qui enim, ut tu loqueris per Tò *conformes* respiciens ad Franciscum, STOLIDO FASTU ipsimet Christo conformes CENSERI affectant, illi utique

tique sunt quolibet Pharisæo superbiores, ac per consequens inflata Diaboli mancipia. Cumq; dixeris, quòd talium per ejusmodi affectationem illusionibus Diabolicis sese prostituentium superstitione abutens Diabolus SOLEAT per talia, ad imitationem Christi, stigmata homines ad JESUM aliquem *Typicum* adorandum seducere; Quis non videat, quod *INNUERIS* Franciscum à Diabolo fuisse illusum & stigmatizatum? idque te affirmasse disertè fateris *discuss. p. 66. sub fin.* Ut proindè triplici illo *mendacii* convitio non me, sed temetipsum commaculâris.

FALSISSIMUM est 43. Franciscum stolidâ superbiâ affectasse Christo conformem *CENSERI*: sic enim de eo scribit S. Bonav. *Omnium virtutum custos & decor humilitas copiosâ virum Dei ubertate repleverat ... in propriâ quidem reputatione nihil erat nisi peccator ... studebat tanquam Christi discipulus in oculis suis & ALIORUM VILESCERE ... stultum JUDICANS MUNDANIS extolli favoribus; GAUDEBAT DE OPPROBRIIS & de laudibus tristabatur ... sæpè præcipiebat fratri alicui, ut verba ipsum vilificantia suis auribus inculcando proferret. Coram omni populo in prædicatione proprios manifestavit defectus. Dicebat fratribus sæpè: De omni eo, quod peccator potest, nemo debet sibi iniquo applausu blandiri; peccator, ait, jejunare potest, orare, plangere, carnemque propriam macerare; hoc solùm non potest, Domino Sc. Juo esse fidelis. In hoc itaque gloriandum; si suam Domino gloriam reddimus, si fideliter servientes ipsi quod donat adscribimus.* *Ad num.* 1 *eund.* *In Legend. S. Franc. c. 6.*

Fratri cuidam interroganti, quid de se sentiret? respondit. *Videor mihi maximus peccatorum: Si enim quantumcunque sceleratum hominem tantâ fuisset Christus misericordiâ prosecutus, arbitror sanè, quod multò, quàm ego, gratior esset.*

Ibid. c. 13. *Signacula illa sacra pro viribus occultabat, adeò, ut manus quasi semper portaret contectas & pedibus ex tunc incederet calceatis.*

Et specul. vitæ S. Franc. cum narrasset, qualiter leprosi cujusdam pestilentissimi, fratres sibi quàm poterant charitati- *Fol. 57. & 58.*

tativè servientes sævissimis improperiis, injuriis, ac plagis pessimè vexantis, semetipsum servitio mancipans eum propriis manibus lavando protinùs per Dei gratiam tàm animâ quàm corpore sanissimum fecerit, subdit : *B. autem Franciscus videns tam notum miraculum gratias agens Deo recessit illinc , & ad partes multum remotas accessit ; Ne si dictum miraculum notum fieret populo, omnes ad ipsum currerent; quod ipse Sanctus propter humilitatem toto posse vitabat : Studebat enim tanquam fidelis servus & prudens Deo gloriam & honorem reddere, & sibi inter homines* DEDECUS ET IGNOMINIAM *procurare.*

Cumque à tot seculis per innumeros quodammodò de humilitate tractantes Theologos, Concionatores, Asceticos & historicos sit decantatissimum, quod S. Franciscus se omnium peccatorum vilissimum & maximum habuerit non nisi in purâ Dei misericordiâ & Jesu Christi meritis fiduciam ponens : hinc

Ad p. 64. sub fin. Falsissimum est 44. *Quod veræ humilitatis, qualis Deo placet, certa indicia historiæ non referant de Francisco. Cum enim B. Franciscus laudaretur ;* inquit speculum vitæ ipsius, *& diceretur sanctus, talibus sermonibus respondebat dicens : Non sum adhuc securus, quod non debeam habere filios & filias* (per sacrilegum videlicet concubitum) *Nam quâcunque horâ Dominus auferet thesaurum suum, quem mihi accommodavit, quid aliud remanet mihi nisi corpus & anima? quæ etiã infideles habent. Imò credere debeo, si Dominus Latroni vel infideli homini tanta bona contulisset, quanta mihi, fideliores essent ipsi Domino, quàm ego : sicut enim in picturâ Domini & B. V. in ligno depictâ honoratur Dominus & B. V. & tamen lignum & pictura nihil sibi attribuunt; sic servus Dei est quædam pictura Dei, in quâ Deus honoratur propter beneficium suum : Sed ipse sibi* NIL *debet attribuere; Quia respectu Dei minus est, quàm lignum & pictura, imò* PURUM NIHIL: *& ideò soli Deo est honor & gloria reddenda, sibi autem solummodò verecundia & tribulatio.*

Cap. 44. fol. 28. p. 2.

Fol. 42. p. 1. Ib. Cum F. Pacificus eum sic interrogaret : *Quid credis de te ipso frater? Respondit Franciscus & ait illi : Mihi videtur, quod sim major peccator, quàm aliquis sit in mundo.* Ib.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [48] - 44
PUBLIC DOMAIN

Ib. Quâdam nocte genibus flexis ac manibus in cœlum erectis identidem hæc replicabat. *Quid es tu dulcissime Deus meus, & quid sum ego vermiculus & parvus servus tuus?* Quæ cum Fr. Leo eum lunâ splendente explorans audíssset, ac posteà deprehensus peteret eorum sibi causam exponi. Respondit vir S. *In quodam lumine contemplationis videbam abyssum infinitæ bonitatis Divinæ, & PROFUNDUM LACHRYMOSÆ VILITATIS MEÆ; propterea dicebam: Quid es tu Domine summè sapiens, summum bonum & summè clemens, ut visites me, qui sum SUMME vilis & vermiculus unus modicus ABOMINABILIS & despectus.* Fol. 94. pag. 1. Fol. 95. p. 1

Ib. Fr. Massæus volens, quantæ foret humilitatis, experiri dixit S. Francisco ter: Unde tibi? unde tibi? unde tibi? quod totus mundus veniat post te, &c. Sanctus autem genu flectens & laudans & gratias agens Deo in magno fervore Spiritus vertit se ad F. *Massæum & ait: Vis scire, unde mihi? vis scire unde mihi, quod totus mundus veniat post me? Hoc mihi est ab illis oculis sanctissimis Dei, qui in omni loco contemplantur bonos & malos: Nam illi beatissimi oculi non viderunt inter malos MAGIS PECCATOREM ET VILIOREM ET INSIPIENTIOREM, QUAM ME, & ideò ad faciendum hoc mirabile opus, quod intendit facere in terrâ, viliorem creaturam non vidit; propterea me elegit: Quia stulta elegit Deus, ut confundat sapientes; & ignobilia & contemptibilia & infirma mundi elegit Deus, ut confundat nobiles & magnates & fortes, ut sublimitas virtutis sit ex Deo & non ex creaturâ, ut non glorietur in conspectu ejus omnis caro, sed qui gloriatur, in Domino glorietur, cui soli sit honor in æternum.* Fol. 103. pag. 1.

Ibid. Videbis, ut ob minimam de fratre suo habitam displicentiam ejusdem pedibus etiam in ore & gutture voluerit conculcari. Fol. 85. p. 1

FALSUM est 45. Quod S. Franciscus in parte summæ perfectionis collocaverit hæc: sc. animalia ratione destituta fratrum & sororum nominibus alloqui, prædicare avibus, &c. omnia quæ hîc gannis. Cum ille, ut suprà jam vidimus, ne quidem orationem, je- *Ad pag. 65. n. 12.* *P. 43. circa med.*

junia, planctum, & carnis macerationem in parte summæ perfectionis collocârit. *Jejunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas, & privatio omnium facultatum* NON PERFECTIO, *sed perfectionis instrumenta sunt*, dicebat Abbâs Moyses apud Cassianum; idemque de aliis exterioribus quibuscunque sensérunt semper ac sentiunt omnes Religiosi, perfectionem ipsam constituentes in charitate. Et quia hæc tres gradus seu partes habet, tres etiam perfectionis ponunt partes. Nimirùm 1. studium charitatem conservandi vitando peccata & concupiscentiis resistendo. 2. Studium charitatem augmentandi virtutum exercitiis insistendo. 3. Studium Deo per charitatem jugiter inhærendi ac fruendi. Vide S. Bonav. in Apolog. pauperum Responsionis 1. c. 3. D. Thom. 2. 2. qu. 184. art. 3. &c.

Collat. 1. *c.* 7.

Falsum est 46. Quod S. Franc. omnes creaturas ad amorẽ creatoris adhortatus sit ideò, ut præstaret illud Salvatoris: *Præd. ev. om. cr. Ut autem ex omnibus excitaretur ad amorẽ divinũ* (inquit de eo S. Bon.) *exultabat in cunctis operibus manuum Dei, & per jucunditatis specula in vivificã consurgebat rationẽ & causam: Contuebatur in pulchris pulcherrimum, & per impressa rebus vestigia prosequebatur ubique dilectum, de omnibus sibi scalam faciens, per quam conscenderet ad apprehendendum eum, qui est desiderabilis totus: inauditæ namque devotionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis singulis tanquam in rivulis degustabat, & quasi cœlestem concentum percipiebat virtutum & actuum eis datorum à Deo, ipsas ad laudem Dei* MORE PROPHETÆ DAVID *dulciter hortabatur.* Et hinc illa, de quâ tam miserè cavillaris, prædicatio, quam semel duntaxat avibus fecit: Cum enim inter Canarium & Seusanium videret aliquandò diversarum avium multitudinem maximam congregatam, *mirabiliter in Spiritu exultabat* (contemplans nimirùm in eis dilecti sui vestigia) *& mirabatur de tantâ multitudine avium, & de varietate concordi, & propterea ipse in eis laudabat mirabiliter creatorem, & ipsas ad creatoris laudem dulciter invitabat.*

Cap. 9.

Vide Psal. 148.

Spec. Vitæ S. Fr. c. 77 *fol.* 63.

Ibid. Prædicatio verò ipsius tota hæc est: *Multum tenemini*

Deo

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [50] - 46
PUBLIC DOMAIN

Deo sorores meæ aves, & debetis eum semper & ubiquè laudare propter vestimentum duplicatum & triplicatum: propter semen vestrum in arcâ Noë reservatum: propter elementum aëris vobis duplicatum. Vos nec seritis nec metitis & Deus vos pascit, & dat flumina & fontes ad potum, montes & colles ad nidum. Et cum nec filare sciatis, præbet tàm vobis, quàm vestris filiis necessarium indumentum. Undè multùm diligit vos creator, qui vobis tot beneficia contulit. Quapropter cavete meæ sorores aviculæ, ne sitis ingratæ, sed semper laudare Deum studeatis. Sanè affectuosam hanc Prosopopœjam ut exsibilent homines, non facit nisi serpens ille antiquus, & rufus draco: Etenim uti ea ex solâ contemplatione bonitatis, sapientiæ, & providentiæ Dei in aviculis relucente oriebatur, ita eâdem propriè seipsum duntaxat, exemplo Davidis, ad laudem & amorem creatoris vehementiùs accendebat. *Laudate Dominum de terrâ* (canebat ille) *Dracones & omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes Cedri. Bestiæ & universa pecora, serpentes & VOLUCRES PENNATÆ;* & v. 12. *Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen* (præ his sanè sensum & imaginationem, auditum & vocem habent aves) *Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen* Domini. *Quia, &c.* *Psal.* 148. v. 78. 9. 10.

Nec propter jam dictam Concionem hominibus unquam prædicare neglexit Franciscus: immediatè enim antè eandem *in Castro, quod dicitur Canarium, prædicavit in tanto fervore, quòd omnes illide Canario mares & mulieres volebant ire post eum*; ut nimirùm mundo relicto totos sese pœnitentiæ manciparent, adeò, ut vir sanctus cogeretur eos dehortari, & ex tunc de tertio pœnitentum ordine instituendo cogitare. *Indè verò per diversas regiones progrediens evangelizabat ardenter*, ac ubi & quoad potuit *prædicabat tàm stupenda de contemptu mundi, de pœnitentiâ, de desiderio cœlestis patriæ; de nuditate & opprobriis & SS. Passione Jesu Christi crucifixi, ut universus populus amarissimè flens ad sydera exclamaret*, ac totus quodammodò mundus post eum iret. *Spec. cit. c. 77. f. 63* *S. Bonav. c. 12.* *Spec. Vit. fol. 112. p. 2.*

Fra-

S. Bon. c. 3. *Fratribus etiam suis* JUGITER *faciebat de* CRUCE CHRISTI *sermonem.*

S. Bonav. c. 8. *Consideratione quoque primæ originis omnium abundantiori pietate repletus creaturas quantumlibet parvas fratris vel sororis appellabat nominibus* (creatura enim, *ut sic*, profectò creaturæ, *quà talis*, est sive frater sive soror) *ipsas tamen viscerosiùs amplexabatur & dulciùs, quæ Christi mansuetudinem piam similitudine naturali prætendunt.*

Et quia per altissimam contemplationem sœpissimè ebrius quodammodò erat amore creatoris ac Redemptoris sui, hinc ejusdem vestigia in creaturis etiam minimis amplexabatur. In igne verò ac luce eadem sic admirabatur, ut ea deleri & extingui sæpiùs ægerrimè pateretur, ita nimirùm per hæc in æternam eorum rationem & causam abreptus, ut temporis ac loci extinctionem poscentium penitùs oblivisceretur. *Undè*, (quia jugiter audiebat vocem creaturarum clamantium & dicentium Deus me fecit propter te ô homo!) *nos, qui cum ipso fuimus, in tantum videbamus*

Spec. cit. fol. 136. *cum interiùs & exteriùs lætari quasi in omnibus creaturis, quòd eas tangendo vel videndo non in terrâ, sed in cœlo ejus spiritus videbatur.*

Fol. 133. 134. Ibid. *Absorptus totus in amore Dei B. Franciscus in qualibet creaturâ bonitatem Dei perfectè cernebat, propter quod singulari & Viscerosâ dilectione afficiebatur ad creaturas, maximè ad illas, in quibus aliquid de eo, vel aliquid ad Religionem pertinens figurabatur.*

Prov. 12. 10. Et quia *novit Justus jumentorum suorum animas: Viscera autem impiorum Crudelia.* Miserabatur vir sanctus etiam iniquiores brutorum casus, ac nimiâ compassionis teneritudine subindè & vermiculum aliquem, ne conculcaretur, de viâ removit in memoriam ejus, qui se vermem vocare dignatus est, Christi Salvatoris; Nihil tamen per hoc Deo ac hominibus debitæ negligens pietatis. *Pietas vera*, inquit

In Legend. c. 8. S. Bonav. *Quæ secundum Apostolum ad omnia valet, adeò cor Franciscei*

ciſci repleverat ac penetrârat, ut totum videretur ſervum Dei in ſuum dominium vendicâſſe. Hæc eſt, quæ ipſum per devotionem ſursùm agebat in Deum; per compaſſionem transformabat in Chriſtum; per condeſcenſionem inclinabat ad proximum; & per univerſalem conciliationem ad ſingula refigurabat ad innocentiæ ſtatũ: Cumq; per hæc piè moveretur ad omnia, ſpecialiter tamẽ animas Chriſti pretioſo ſanguine redemptas cum cerneret inquinari aliquâ ſorde peccati, tantâ miſerationis teneritudine deplorabat, ut eas tanquam Mater in Chriſto quotidiè parturiret.

Non ſe Chriſti reputabat amicum, niſi animas foveret, quas ille redemit; ſaluti animarum nihil præferendum eſſe dicebat, eo maximè probans, quod unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc & Africam tentavit, & in Syriam uſque per innumera quodammodò incommoda prædicandi gratiâ penetravit. *Ib. c. 9.*

Pauperibus non ſolùm ſua, verùm etiam ſeipſum cupiebat impendere; ac præ nimiâ dilectionis, pietatis & commiſerationis abundantiâ tàm ipſos, quàm leproſos affectuoſiſſimè amplexans oſculari non dedignabatur; idque propter eum, qui cum hominibus non ſolùm ut pauper & mendicus converſari, ſed etiam inſtar leproſi dignatus eſt apparere. *Ib. c. 1.* *Iſa. 1.*

Porrò non Calceamentorum, ut tu hîc dicis, corrigiam, ſed cingulum (quod etiam corrigia vocatur) funem mutavit, quò nimirùm jugem captivitatis & vinculorum Chriſti memoriam retineret.

Sine calceis, pecuniâ, ſacculo & perâ ad exemplum Chriſti diſcipulorum & ipſe ambulabat, & ſuos ambulare volebat. An & Chriſtum hæc ſuadentem, & diſcipulos ipſi obſequentes *inſaniæ* TU condemnabis? Nudus deniq; ſuper nudam humum voluit mori, quia pro ſe Filius Dei nudus ſuper nudum lignum dignatus eſt exſpirare. *Matth. 10. 9.* *Marc. 6. 8* *Luc. 9. 3.*

Verùm quod ſapientius eſt Dei, ſtultum eſt, uti mundo, ita & Politico meo Hermanno; & indè eſt, quòd quæ vir ſanctus ex purâ ſimplicis animi innocentiâ; ex ſui ipſius

mortificatione, vilipensione ac contemptu; ex nimiâ pietatis & commiserationis abundantiâ; ex ardentissimâ passionis Christi meditatione & compassione tenerrimâ; ex amabili contemplativi Spiritûs & amoris ebrietate fecit, ille mundanæ sapientiæ fastu inflatus non dubitet *insana* pronunciare; quia nimirùm obscuratum est insipiens cor illius, quod à Patre misericordiarum ac luminum opto & oro quantocyùs illuminari, ne in die illâ tremendâ turbatus timore horribili, ac præ angustiâ spiritûs cum impiis gemens de Francisco, Antonio aliisque eorum similibus justis dicat:

Sap. 5. v. 2. & seqq. *Hi sunt, quos habuimus aliquandò in derisum & in similitudinem improperii.* NOS INSENSATI *vitam illorum æstimabamus* INSANIAM, *& finem illorum sine honore! Ecce quomodò computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Ergò erravimus à Viâ veritatis, &c.*

Porrò virtutes quidem omnes Christus & Apostoli ejus cùm verbis tùm exemplo nos docuerunt; non tamen omnes & singulos virtutum omnium & singularum actus in individuo, qualiter & quomodò pro infinitâ subjectorum, varietate debeant aut possint exerceri; utî nec omnes in individuo vias & modos, quibus hæc illâve virtus acquiratur; sed tàm verbo, quàm exemplo suo complures statuerunt Maximas, ex quibus innumeræ de bono & malo, vero & falso, justo & injusto, faciendo vel omittendo conclusiones pro viarum nostrarum directione deducantur. Malè ergò concludis illa, quæ jam nunc relata sunt de Francisco, esse *insana*.

Ad p. 64. 65. FALSUM est 47. Quòd plurima narrentur in historiis de Francisco, quæ prodant omnibus modis illam (ipsiusmet Christi perfectionem) comparatam pleniorem, quàm à quoquam antehàc alio, fuisse Francisco CREDITAM. Contrarium enim est evidentissimum ex jam dictis.

Ad pag. 66 FALSUM est 48. Quod vel Joannes 22. vel Benedictus 12. ullam S. Francisci de omnimodâ paupertate sententiam, ceu hæreticam condemnârit. FAL-

FALSUM eſt 49. Eundem Sanctum Ludificationibus (deceptionibus) Dœmonum fuiſſe frequenter agitatum, quòdque id loquantur ipſæ actuum ejus omnes hiſtoriæ. Si id intelligas (prout ſine ſummâ diſcurſûs ineptiâ non potuiſti non intelligere) de ludificationibus, quibus fuerit actu deceptus.

FALSUM eſt 50. Quod Eccleſia Rom. inſtituerit & obſervet feſtum *immaculatæ* Conceptionis Virginis Deip. ut patet ex ejuſdem Eccleſiæ Breviario & Miſſali. Permittit verò & concedit Papa quibuſdam Eccleſiis & Ordinibus conceptionem illam, ut immaculatam, celebrare non quaſi incertam (cum jam dudùm firmiſſimis argumentis ſit demonſtrata) ſed ut certam, non tamen certitudine fidei Catholicæ, adeò ut ſententiæ illi ſub pœnâ anathematis teneatur quis adhærere; idemque eſt de ſtigmatibus S. Franciſci. *Ad p. 66.*

Porrò blaſphemiam, quâ Virum Dei à Dœmone ſtigmatizatum ais, ipſi ac Coronatori ejus vindicandam relinquens ad ineptas tuas ſine omni ratione ratiunculas breviter dico. Si nullus antè Franciſcum ſic fuit ſtigmatizatus, plures verò poſt ipſum à Dœmone ſtigmatizati ſunt, quid inde? Tu Deo tempora, modos ac leges miraculorum pones? Quæ profectò uti magna ita & *varia* Eccleſiæ ejus nunquam defuerunt.

Vnus & ſolus Elias curru igneo vivus in cœlum ſublatus eſt; poſt eum verò plures à Dœmone ſimilem ſpondente translationem miſerè ſunt ludificati; Sic enim Dœmones Divinam æmulantur veritatem, ut olim Magi Moſaicam æmulati ſunt poteſtatem; Quippè cum per Moyſen *Colubrum* unum feciſſet Deus, *Dracones* multos per maleficos faciebat nefandus Dœmon: *Cujus ſunt partes intervertendi veritatem*, inquit Tertull. *qui ipſas quoq; res Sacramentorum Divinorum in idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quoſdam utiq; credentes & fideles ſuos. Expiationem de lavacro repromittit; & ſi adhuc initiat Mithræ, ſignat illic in frontibus milites ſuos. Celebrat* *Exod. 7.* *De præſcr. c. 40.*

& panis oblationem. Cumq; idem de stigmatizatione nunquam vel cogitaverim negare, tu hîc p. 67. lin. 18. & 19. perquàm ridiculè subsultas, mihiq; insultans dicis: quòd, *quantumvis polleam inverecundiâ negandi id quod liquidum est, ne quidem tamen vel mutire contrà hîc fuerim ausus.* Tametsi isthanc inverecundiam mihi falsissimè adscriptam tibi verissimè inesse liquidum sit FALSO tuo 21. 35. & 75.

Ubinam verò scriptum est, Quòd *omnia, quæ Deus aut Spiritus boni præter naturæ ordinem efficiunt, in Ecclesiæ usum efficiantur?* Sanè complura ipsemet tàm in Sacrâ, quàm in profanâ legisti historiâ in usum cùm paucorum tùm unius etiam hominis sic esse patrata. Ne dicam, quod permagno Ecclesiæ bono per Francisci stigmatizationem grata ergà passionem Christi devotio in torpescentibus hominum mentibus vivacissimè sit refricata.

Quanta porrò calumnia sit, quòd Franciscus vel alius quispiam Sanctus *Christo in cultum adjungatur*, hujusq; cultus per cultum illius quadantenùs *vilescat*, demonstravit abundè Philanthon c. 22. §. 1. & 2. c. 25. p. 270. 271. c. 26. & 27. à pag. 334. usq; 486. estq; non liquidum, sed

FALSUM 51. Quod Francisci stigmatizatio *primò ac per se unicè* evenerit in id, ut ille quasi Jesus Typicus PRÆ OMNIBUS ALIIS, QUAMVIS SANCTISSIMIS COLERETUR.

Etiamsi verò Francisci sanctitatem non probet stigmatizatio; nota tamen, constans, ac probata per omnia Francisci sanctitas fidem cuilibet bono indubitatam facit, quòd stigmatizatio illa non sit facta à Dœmone, ut tu blasphemas.

Porrò inter stigmatizationis illius causas forsan non ultima est incomparabilis Passionis Christi compassio, de quâ S. Bonav. c. 1. *Memoria*, inquit, *passionis Christi erat visceribus cordis ipsius adeò impressa medullitùs; ut, cum Christi crucifixio veniret in mentem, vix posset à lacrymis & gemitibus exteriùs contingere.*

Cap. 1. vitæ.

Loco

Loco illorum (librorum, inquit de ejusdem sociis) *librum crucis Christi continuatis aspectibus diebus ac noctibus revolvebant* EXEMPLO PATRIS *& eloquio eruditi, qui* JUGITER *faciebat eis de cruce Christi sermonem.* Ib. c. 4.

Et c. 9. *Christus* JESUS *crucifixus intrà suæ mentis ubera, ut myrrhæ fasciculus,* JUGITER *morabatur, in quem optabat per excessivi amoris incendium totaliter transformari.* Cap. verò 10. dicit, quod auditus sit aliquoties in abditis nemorum recessibus deplorare altâ voce quasi coram se positam Dominicam passionem.

Devotissimus Christi crucifixi, inquit, specul. vitæ, *B. Franciscus propter pœnitentiæ rigorem & CONTINUUM* (compassionis) *fletum factus fuerat quasi cæcus.* Fol. 84. p. 2.

Ibid. *Tantus erat fervor amoris & compassionis S. Francisci ad dolores & passionem Jesu Christi, & in tantum se quotidie pro ipsâ passione interiùs & exteriùs affligebat, quod de propriis infirmitatibus* (quas habebat plurimas & gravissimas) *non curabat.*

Ibid. EBRIUS *amore & compassione Christi quandoq; talia faciebat: Nam dulcissima melodia spiritûs intrà sanctum ebulliens frequenter exteriùs Gallicum dabat sonitum: Et vena divini furoris, quam auris ejus suscipiebat furtivè, Gallicum erumpebat in jubilum. Lignum quandoq; colligebat de terrâ, ipsumq; sinistro brachio superpovens aliud lignum ad modum arcûs cum manu dextrâ trahebat super illud tanquam super viellam, vel aliud instrumentum; atq; gestus ad hoc idoneos faciens Gallicè cantabat de Domino Jesu Christo. Terminabantur deniq; tota hæc tripudia in lachrymis, &* IN COMPASSIONE PASSIONIS CHRISTI *hic jubilus solvebatur. In his continuè trahebat suspiria, & ingeminatis gemitibus, eorum, quæ tenebat in manibus, oblitus suspendebatur ad cælum.* Fol. 119. p. 1.

O Hermanne! quàm felix tua foret sapientia, si vel modicam stultitiæ hujus Franciscanæ partem haberet admixtam! Virum autem Deo ac Christo JESU crucifixo ita *jugiter*, humillimè amorosissimeq; inhærentem à Dœmo-

ne stigmatizatum esse Christianæ repugnat rationi.

Ad p. 63. Misellus ille de libri conformitatum Rhytmo, & Horatij Tursellini epigrammate dolor oppidò ridiculus est ei,

Horat. in art. qui novit, quòd

.... *Pictoribus atq; Poëtis*
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Quòdq; versificatorum verbis etiam vetulæ & rusticelli sine omni offendiculo libentissimè quamlibet concedant auxesin & latitudinem extremam.

Quôd autem Blæsis in Galliâ Templi cujusdam foribus

Psal. 9. 39 (aliàs ps. 10. 18. inscriptum dicis: *Quæretur peccatum illius & non invenietur.* Non blasphemum, sed ipsius Spiritûs sancti est verbum in sensu accommodatitio non utiq; Francisco sed Deiparæ elogii loco datum; plurima enim & pleraq; Franciscanorum templa non Francisci, sed vel B. Virginis vel aliorum Sanctorum nomine Deo sunt consecrata; Nec ullus unquam Franciscanorum contendit Franciscum suum sine peccato vel originali vel actuali sive conceptum sive natum & conversatum fuisse. Et cur non possit verbum illud de peccato per pœnitentiam abolito dici, & sic Francisco accommodari? *scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio!*

Visionem verò F. Pacifici de B. Francisci sede relinquimus loco suo, pro illius defensione sanguinem non fusuri: sine omni tamen Apostolorum ac Martyrum *injuriâ* posse quempiam super eos à Deo exaltari nemo prudens hactenùs dubitavit; Quin & referente malitiosissimo illo ac perversissimo *Alcorani Franciscanorum* auctore, Liber conformitatum (quem nunquam in tot ordinis nostri aliorumq; bibliothecis vel videre potui) fol. 4. Franciscum POST Apostolos locat; utî locant semper in suffragiis & Litaniis etiam post Martyres Franciscani.

Porrò de summâ Vestratium in Apostolos & Martyres injuriâ justiùs imposterùm quiritabis, cum de Luthero hæc & similia passim decantare non erubescant:

Christus habet primas, habeas tibi Paule secundas; *Ast*

Ast loca post ipsos TERTIA LUTHER HABET.
Japeti de gente prior Majorq; Luthero
Nemo fuit; sed nec, credo, futurus erit.
Von Japheth die gebohren seyn
Bleibt Lutherus der gröst allein.

Selnec. in historic. orat. vom Leben und Wandel D. M. L. in Vestibulo Colloq. mensal. edit. Lipsiæ Anno 1577. lit. f. 5.

Quia expressa illa (*à 4. seculo inclusivè*) non erant tua, sed mea, hinc ea per parenthesin à tuis signanter distinxi, debebantq; à typothetâ exprimi distincto charactere. Quod verò ex mente tuâ (nisi fortassis ea sit duplex & personarum acceptrix) Ecclesia 4. seculi fœdè contaminata fuerit, dubitare non potui, sciens te non ignorare, quòd ea sanctos Cœlites ceu patronos, advocatos, Mediatores, benefactores, defensores, tutores ac Curatores suos venerabunda invocârit. Et quoniam ejusmodi invocatione fœdissimam ab Ecclesiâ Rom. maculam contrahi contendisti, eo ipso & Ecclesiam 4. seculi fœdè contaminatam dixisti. ac proindè hîc fœdum *Mendacii* convitium contrà me inquisitissimè clamitâsti. *Ad p. 66. n. 13.*

Porrò hominum particularium superstitione ipsa, *quà talis*, Ecclesia non contaminatur; Quippè quæ omnem rejecit semper & etiamnùm rejicit superstitionem. Hâc verò particulares quosdam in Ecclesiâ Rom. homines vel esse vel fuisse contaminatos cum Tridentino libenter concedo, & concessi c. 28. p. 498. 499. 500. quarum verba tu ipse refers p. 260. 261. & hoc sensu largè & impropriè loquendo posse Ecclesiam, utî vestram ita & nostram, contaminatam dici nunquàm vel somniavi negare. Ecclesiam verò Catholicam (quæ non est alia quàm Romana) in ratione Ecclesiæ, sive quà talem, credo esse *sanctam* & immaculatam, ut quæ nonnisi sanctam, puram & immaculatam (ut aliàs Deo dante ad oculum demonstrabo) de fide & moribus

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [59] - 55
PUBLIC DOMAIN

bus doctrinam profitetur. Cui proindè ceu omnem in fide & moribus labem rejicienti hominum particularium rugæ vel maculæ non debent nec possunt imputari. Hoc verò me intendisse poteras vel dormiens videre : ac proindè debebas à turpibus illis intentatæ mihi *impudentiæ, perfrictissimæ frontis* ac *insaniæ* convitiis abstinere. *Distinguo*, inquit Luth. *inter Rom. Ecclesiam, & Rom. Curiam : illam scio* PURISSIMUM *esse thalamum Christi, Matrem Ecclesiarum, Dominam mundi, sed spiritu, id est vitiorum, non rerum mundi, sponsam Christi, Filiam Dei, terrorem inferni, victoriam carnis; & quid dicam? cujus sunt omnia juxta Paulum* 1. Cor. 3. *ipsa autem Christi, Christus autem Dei; . . . Nullo ergò modo Rom. Ecclesiæ resistere licet.* Hæc ille in inscriptione commentarii in ep. ab Galat. Anno 1519.

Tom. 1. Lat. Jen. 1556. fol. 391. pag. 2.

Ad p. 71. FALSISSIMUM 52. contrà conscientiam tuam testimonium dicis : Quòd nimirùm Papa sese venditet Ecclesiæ sponsum QUASI CHRISTO REMOTO. Nam *Sponsus Ecclesiæ propriè loquendo Christus est*, inquit Joannes Cardinalis de Turrecr. Ord. Præd. S. Palatii Mgr. *de quo dicitur, qui habet sponsam sponsus est Joan. 3. ipse enim de Ecclesiâ suo nomini filios generat : Alii autem dicuntur sponsi, sicut* MINISTRI *sponsi,* EXTERIUS *cooperantes ad generationem spiritualium filiorum, quos quidem* NON SIBI, SED CHRISTO *generant : Qui quidem ministri in tantum sponsi dicuntur, in quantum vicem veri sponsi obtinent* (sc. externâ directione) *& ideò Papa, qui obtinet vicem sponsi in totâ Ecclesiâ, universalis Ecclesiæ sponsus dicitur, &c.* ex S. Thom. tract. contrà impugn. Relig.

In florib. sent. B. Thom. de auct. summi Pont. qu. 9.

Vult nimirùm, quòd Papa sit sponsus Ecclesiæ impropriè loquendo, propriè verò *paranymphus duntaxat & amicus* veri & propriè dicti Ecclesiæ *sponsi*, ut loquitur S. Bern. l. de consid. ad Eugen. pag. & D. Thom. in 4. dist. 38. *Episcopus*, inquit, *cui Ecclesiæ cura committitur, Virgines desponsat non sibi, sed Christo, quia est sponsi paranymphus & amicus.*

Turrecr. ib. qu. 10. Sacerdos suo ministerio cooperatur Episcopo tanquam principali, & similiter Episcopi Papæ, &

Papa

Papa ipsi Christo: Undè Christus & Papa', Episcopus & sacerdos non computantur nisi unus sponsus Ecclesiæ. ex D. Thom. tr. contrà imp. Rel.

Turrecr. ib. qu. 5. *ipse enim Christus Dei Filius suam Ecclesiam consecrat sibi Spiritu S. quasi ex suo Charactere & sigillo ... & similiter Christi Vicarius suo primatu & providentiâ universalem Ecclesiam tanquam fidelis MINISTER Christo subjectam servat.* Ex D. Thom. contrà err. Græc.

Vide Abavillæum in apparat. ad summ. Concil. tract. de tripl. verbo Dei. S. Antonin. 3. part. sum. Maj. tit. 22. §. 3. & erubescat tandem turpis illa populorum seductrix Logomachia.

FALSUM est 53. Quòd hîc vel apice insinuaverim Rom. Catholicos à te ἁπλῶς hæreticos esse dictos; Cum tibi tantum & politicæ & Eccles. pacis amorem prætendenti Politico maledicum duntaxat convitium exprobrârim: Hæreticos enim nos dicens convitiaris utique, tametsi plerosque tantùm materialiter (de quo nunquam dubitavi) hæreticos habeas. Quòd verò præter doctrinam, quam Apostoli prædicaverunt, dogmata partim falsa, partim ἀδιάφορα ceu saluti necessaria exigant Romanenses, antequàm demonstret, crepabit Hermannus. Qui etiam ob turpe illud *mendacii parùm à scelere distantis* convitium jam suprà pag. 26. & 27. est confusus. *Ad n. 15.*

Ob Capitis 5. Discussionem

Conringius Castigatur.

QUòd suetâ sibi suavitate scurram hîc & *Agyrtam* mellifluus me vocat Hermannus, nihil aut miror, aut moror; Cum multò graviora in ipsos Principes, Reges & Imperatores effutierit Magister ejus, quem vocant *Os Christi*, Lutherus. *Ad p. 74. Vind. Cõf. Aug. p. 37. Helmst.*

Tom. 7. Jen. 1581 Sanè de Henrico Brunsvicensium Duce anno 1541. ita scribere non verebatur.

Im Buch wieder Hans Worst. Der grobe Filtz / Rültz / und Tölpel/

Der Esel aller Esel zu Wolffenbüttel. fol. 416. p. 1.

Verdampter Lügner und Bößwicht. fol. 409.

Phui! phui! Thuet in die Bruch / und hänget sie an den Halß / und macht davon euch ein Galreden / und fresset ihr grobe Esel und Säw. fol. 407. p. 1.

Ib. Pag. 2. Ich thue es ihme nicht zu ehren / daß ich ihne Hans Worst heisse / sondern auß lauter Gnad und Barmhertzigkeit / der er nicht werth ist.

Ib. Hans Worst wie leugstu? O Heintz Wolffenbüttel / welch ein unverschämpter Lügner bistu!

Teuffel zu Wolffenbüttel. fol. 408. p. 2.

Der Schalck / der lincke Schecher Heintz Wolffenbüttel. fol. 411. p. 1.

Schändliches Lügenmaul / Heintzischer Teuffel. f. 420. p. 1.

Du Worst-Teuffel bist zumal eine grobe Worst. f. 420. p. 2.

Heintz-Teuffel zu Wolffenbüttel. f. 421. p. 2.

Nicht allein Heintz / sondern auch Meintz (Albertus Marchio Brandenb. Elector Mogunt. Archiep. Magdeb. &c.) liegen als die verzweiffelte Bösewichter f. 422. p. 1.

Phui! phui! Solcher unverschampter Pfaff (idem Albert.) schmeisset und schneichet seine Lügen in seine Heintzen unverschampt/ den Läster-Heintzen/ den Schand-Meintzen/ den Weibischen Memmen/ den verzagten Schelmen fol. 423. p. 1.

Daß gifftige Lügenmaul zu Wolffenbüttel / voller / toller Filtz / Trunckenbold / unsinniger wütiger Tyrañ; der sich nicht voller Weins / sondern voll Teuffel gefressen und gesoffen hat. f. 424. p. 2.

Eosdem, Electorem sc. Albertum & Henricum Ducem vocat, Hurer / Ehebrecher / Schinder / Wüter / Mordbrenner. fol. 425. p. 1.

Meuch-

Meuchler / Lügener / zwey-züngiger / Gifftmaul / Heintz-teuffel. f. 425. p. 2.

Stincket wie ein Teuffels-dreck in Teutschland geschmissen; Erzmordbrenner. Man wird Judas / Herodes / Nero / und aller Welt Bösewichter gegen dir schier heilig sprechen müssen; verzagter Schelm / und feldflüchtige Memme. Iterùm, verzagter Schelm fol. 426. p. 1. Phui! phui!

Albrecht der Hencker f. 427. p. 2.

Heintze Erzmeuchelmörder und Bluth-Hund / Angstbösewicht / und Meuchelmordbrenner; du verzweiffelter Meuchler; Frawen-Hut / und verzagter Schelm. f. 428. p. 1.

Du schändlicher Heintz / unverständiger Narr; Heintz Pötzenhut .... zu letzt bitte ich erstlich / alle fromme Christen und erbare Hertzen wollen mit ernst wol mercken / daß GOtt der HErr diesen Heintzen verdampt hat / als einen Mörder / Blut-Hund / Erzmeuchelmörder zum höllischen Fewer / wo er hie nicht geschmeuchet werden kan; daß ein jederman GOtt diesen Dienst thue / rühme und preise solch Göttlich Gericht / wo er kan / öffentlich und sonderlich / speye auff die Erden GOtt zu Ehren / wo er Heintz siehet / oder halte die Ohren zu / wo er ihn nennen höret / gleich wie er wolte gegen dem Teuffel selbst thun. fol. 428. p. 1.

Die verzagte Potzen-hüte. f. 429. p. 1. Phui! phui!

Hæc ille pretiosus vir Dei, Propheta, Apostolus, Evangelista & Angelus Dei de Henrico Duce Brunsvico-Lüneb. & Alberto Marchione Brandenb. Electore Mogunt. Archiep. Magd. &c. sed nec alios relinquit intactos.

Es sind wenig Fürsten / spricht er im Buch von weltlicher Obrigkeit / die man nicht für Narren oder Buben hält. Tom. 2. Jen. 1563. fol. 201. p. 1.

Ib. Principes vocat, Buben / Narren / Schuppen / Wasserblasen. fol. 190.

Ib. Und solt wissen / daß von anbegin der Welt gar ein seltzam Vogel ist umb einen klugen Fürsten / noch viel seltzamer umb einen frommen Fürsten; sie seind gemeiniglich die

gröste Narren/ oder die ärgste Buben auff Erden. Darumb man sich allezeit bey ihnen deß ärgesten versehen/und wenig gutes von ihnen gewarten muß. fol. 200. p. 1.

Fol. 160. p. 1. Eod. tom. in Responso ad Librum Henrici Regis Angl. Anno 1522. auch muß König Heintz das Sprichwort helffen wahr behalten/ daß keine grössere Narren sind / dann Könige und Fürsten.

Fol. 435. p. 2. Eod. tom. relatis 2. edictis Cæsareis Anni 1524. sic ait. Der Türck ist zehenmahl klüger und frömmer / dann unsere Fürsten / was soll solchen Narren gegen den Türcken gelingen?

Fol. 435. p. 2. Ibid. Hie siehestu / wie der arme Madensack der Käyser sich unverschampt rühmet / er seye der wahre Obrister beschirmer deß Christlichen Glaubens.

Ib. In præfat. ad 2. illa edicta.

Fol. 424. p. 1. Schändlich lauts / daß Käyser und Fürsten öffentlich mit lügen umbgehen. Daß müssen mir ja trumcken und tolle Fürsten seyn!

Fol. 309. p. 1. Tom. 5. Jen. 1557. in gloss. sup. edict. Cæsar. 1531. schändlich / lügenhafft edict.

Fol. 318. p. 2. Phui! phui! Ib. De eod. ait: Der Teuffel habe es auß seinem eigenen Rachen gespeyet / oder vielmehr auß seinen hindern geschmissen.

Fol. 294. p. 2. Tom. eod. O des schändlichen Reichstages! (sc. Anno 1530. Augustæ celebr.) in der Warnung an seine liebe Teutschen.

Fol. 296. p. 2. Ibid. Was der Chur-Fürst von Brandenburg im Abschied außgeruffen hat/ ist nicht wahr/ sondern erlogen.

Talia in summa mundi capita audebat Lutherus! Quidnî similia in me ausit Hermannus? sed perge cantare.

Ad p. 76. 77. n. 2. & 3. *Horribilem* me dicis *calumniam* commisisse & διαβολὴν quæ τῷ διαβόλῳ *Principi Dæmoniorum debeatur*, eò quòd innuerim, te adorationis Antonianæ primordia, (utî verè ex animadversionis tuæ pag. 4. existimavi) ad annum 1617. retu-

retuliſſe. Scíſne verò Hermanne, quid ſit HORRIBILIS *calumnia*? Scis utiq; & dudum ſciviſti eam eſſe falſi, & *horribilis* quidem, criminis impoſitionem. Sciviſti etiam falſi & horribilis criminis impoſitionem & ipſam eſſe crimen horribile. Sciviſti deniq; & ad oculum vidiſti me tibi per hoc non crimen horribile, ſed nullius quodammodò momenti errorem, & deceptionem in re levi paſſivam magis, quàm activam, hancq; ex illâ prodeuntem, impegiſſe.

Ergò contrà conſcientiam tuam horribile mihi & falſum horribilis calumniæ & διαβολῆς crimen impoſuiſti, ac per conſequens horribilem calumniam tu commiſiſti, non ego. Adeoq; demonſtratum eſt hîc à te commiſſam eſſe

FALSITATEM 54. eamque enormiſſimam.

Porrò ad Tui illius, quò provocas, de Antonianis ante Pectus Tpictum habentibus propudioſi diſcurſûs univerſa myſteria hîc me non reflexi; Cum illi apud me ſemper pro Antonii illius Ægyptij clientibus ſupponant, Tuq; ferè non potueris non meminiſſe Antonij Patavini, quos ſæpiùs vidiſti, ſodales ante pectus Tpictum non habere. Adeoq; vix poſſit quis cogitare teibi, ad Patavinum hunc reſpexiſſe; ac prætereà ab Ægyptij clientibus æquè firmum atquè à Patavini fratribus contrà fœminam iſtam Bononienſem duxeris argumentum.

Verûm, quòd non tàm hunc nullius quodammodò momenti errorem, quam aliud quidpiam longè fœdius tuis hîc de Papiſtis intenderis perſuadere, hiſce apertiſſimè indicavi: *Muſcâ autem tuâ* (falsâ ſc. de nobis conceptâ opinione) *ſic faſcinas ſimplices & indoctos, ut pro annis* 445. *videant tantùm* 59. *imò* POTIUS *videantur ſibi videre Antonium à Papiſtis adoratione ſoli* DEO *debitâ adorari.* Id quod dixiſſe te fateris & demonſtraturum recipis hîc p. 77. n. 3. Demonſtrationem proindè more ſolito ridiculam expectamus,

Ob Capitis 6. discussionem Conringius Castigatur.

ANtonium, quem hîc subsannans *miraculificem* vocas, spero, quod brevi senties *miraculosum*; sed vide, ne eum vindicem experiâre.

FALSUM verò est 55. quòd conquerar Hannoverano hospitio deficere adhuc altare Antonianum; extat enim in Ecclesiâ Ducali altare S. Antonij nomine summo Numini consecratum.

Ad n. 1. Cumq; liquidum sit inspicienti, capite 6. exponere me, qualiter Novena SERVETUR à Noveniſtis, sive quid AGANT Novenam ab Anno 1617. per Europam observantes; sine ratione dicis: Inscriptionem mentiri, agendum cumprimis fuisse de ejusd. revelatione, approbatione & confirmatione per miracula; Quid enim his cum brevi Praxis Noveniſtarum relatione?

Ad n. 2. FALSISSIMUM est 56. tuum hocce perquàm suave effatum: *Novenæ cultum primariò & principaliter non consistere in invocatione Antonii IMPUDENTER MENTITUS est Capucinus.* Quia, inquis, 1. in *libello* tantum uno alteróve verbulo confessionis, communionis & Missæ fit mentio. 2. quia *libelli* illis precatiunculæ omnes ad Antonium diriguntur, vixque una & altera brevis dirigitur ad Deum. 3. quia *libelli* titulus est Novena S. Antonii. 4. quia confessiones, communiones & Missæ auditiones juxta *libellum* etiâ in honorẽ Antonii instituuntur. 5. quia in *libello* certa beneficiorũ impetratio *primariò & principaliter* adscribitur invocationi Antonianæ.

Quid verò? an non ad oculum vidisti loqui me nonnisi de *actibus* Noveniſtarum, sive de iis, quæ ab anno 1617. per Europam *agunt* homines Novenam observantes; Et tamen tu clamitas tantummodò de *verbis* LIBELLI ILLius anno 1675. Hannov. in lucem dati, ac si eo duntaxat uterentur omnes per Europam Noveniſtæ.

Dein-

Deinde licet in eod. libello uno tantùm alteróve verbo confessionis, commun. & Missæ mentio fiat: Hæc tamen omnia uno alteróve duntaxat verbulo, vel non primariò & principaliter in Dei honorem fieri nonnisi infanda dicet calumnia. Mi Hermanne! pro confessione, commun. & Miss. aud. innumeræ quodammodò aliæ apud nos extant excusæ ad Deum preces, quibus etiam Noveniſtæ utuntur.

Tertium à Libelli titulo argumentum si concluderet, probaret etiam Templa, quæ dicuntur S. Mariæ, S. Petri, S. Pauli, &c. non esse primariò & principaliter in honorem Dei constructa: Id quod falsissimum esse Christianorum nullus ignorat.

Communicare verò (ad quod tantummodò hîc supponitur confiteri) & Missam audire in honorem S. Antonij, nihil est aliud, quàm in Missâ & communione ejusdem memoriam habere, Deoque gratias agere, quòd vi passionis & mortis Filij sui, in Missâ efficacissimè repræsentatæ, sancto illi tanta contulerit gratiæ & gloriæ dona, ac pro eisdem etiam in dignam gratiarum actionem eundem Filium Dei passum æterno ejus Patri offerre: Id quod tamen semper primariò fit propter gloriam ejusdem magnam & immensam. *Quid tibi videtur*, inquit S. Chrysost. hom. 21. in cap. 9. act. Ap. *Quod pro Martyribus offertur, quòd invocantur in illâ horâ. Licet Martyres sint, etiam pro Martyribus offertur: Magnus honor nominari Domino præsente! dum mors illa celebratur, & horrendum sacrificium & ineffabilia Sacramenta!* *Tom. 3. Basil. 1558 col. 594.*

Tametsi verò in isthoc libello beneficiorum impetratio primariò & principaliter adscriberetur invocationi Antonianæ perperâ tamen indè cõficeres Novenâ, utî ea ab an. 1617. per Europâ AGITUR (de quâ solâ locutus fui) primariò & principaliter consistere in invocatione Antonianâ. Sed &

FALSUM est 57. Impetrationem illam vel ab isthoc libello adscribi primariò & principaliter invocationi Antonianæ: Fateris enim ipse *animadv. tuæ* p. 17. lin. 14. in eodem

dem *plerumq;* rogari duntaxat Antonium, ut velit Deum orare pro suis adoratoribus; dicisq; *discuss.* tuæ p. 167. n. 14. *Fateor lubentissimè verum esse, quod hèic* (cap. X. p. 42.) *ex illo: ora pro nobis: deducit Capucinus*, scilicet *Catholicos etiam eo ipso, quo invocant sanctos* (ut pro se orent) *simul actu, & quidem* PRIMARIÒ MULTÒ MAGIS AC FORTIÙS *corde suo ad Deum ipsum exclamare, & consequenter eundem in spiritu & veritate adorare invocareq;.*

Ne dicam, quod verissimum est, Noveniſtas omnes etiam ore multò frequentius immediatè ipsummet solum Deum, quàm Antonium invocare. Ut proindè atroci illo *perfrictæ frontis & impudentis mendacij* convitio non me, sed temetipsum dehonestâris.

Porrò insanum est, fingere quempiam tam esse insanum, ut sentiat confessionem, communionem & Missæ auditionem nonnisi præparamenta esse debere ad justam cultûs Antonio præstandi devotionem; contrà quod cap. XI. docui institutum Novenæ ad crebriorem animi expurgationem, arctioremq; cum DEO unionẽ homines exstimulare.

ad n. 3. FALSUM est 58. Quòd precum illarum *omnia*, NIHILO improbato, defenderim. Vide suprà p. XI. à lin. 6. & Philanth. c. 1. & 12.

ad n. 4. Cùm certùm sit, quòd per varias Catholicorum provincias & nationes, imò & per Germaniam ipsam observantes Novenam preculas illas Hannoveræ evulgatas vel omninò ignorent vel non usurpent, ac plerique (ut in vicinis Catholicorum locis ad oculum est videre) nullos, quos vocant Antonii libellos habeant, imò plurimi ipsorum nec legere quidem sciant; Tu verò nolis ab iisdem (nullius ad Antonium preculæ peculiaris formam scientibus) vix uno alterove verbulo ipsum Antonium invocari; majorem utique pateris σκλυροκαρδίαν, quàm patiatur, hîc à te id jussus credere, Judæus Apella.

ad pag. 81. n. 5. Non risu, sed risu explodendus es ista dicens: Si primariò

mariò præcipuè & principaliter ſpectaretur in Novenâ Dei cultus, non feria tertia, ſed vel prima vel 6. vel 7. attendi debuiſſet. Vide interim Miſſas & horas Canonicas in Eccleſiâ Rom. huic feriæ aſſignatas.

Ineptiſſimè etiam colligis ea, quæ de Antonio Bonaventuræ nomine circumferuntur, auctorem *mentiri*, eò quòd nec in editione Romanâ reperiantur, nec ejuſd. Bonaventuræ, Antonii vitam deſcribens, meminerit Antoninus. *Ad p. 82. n. 6.*

Enormis verò calumniæ Te tenebimus reum; donec probaveris, quòd *Fallere homines ſcriptis ſuppoſititiis nimis familiare ſemper fuerit Monachis SERAPHICÆ QUAMVIS ſanctimoniæ*, quibus apertè innuis eos id contrà conſcientiam factitâſſe. Quinam verò ſunt illi qui hoc fecerunt?

Porrò quis non miretur, quod hiſce libelli verbis: O H. Antoni du hocherleuchter Cherubim, und in der Liebe JESU entzündeter Seraphim. TU hæcce ſubdas: *quaſi quidem Antonius ſedem habeat ordinariam in Choro Cherubinorum, ex parte tamen etiam ſit additus Seraphinis.* Nunquid enim de formoſo aliquo, pio, pudico & incontaminato juvene dicunt Germani: Daß iſt ein rechter Engel? de inſigni aliquo belli duce dicitur, eum linguâ Demoſthenem, manu Achillem, Hannibalem conſilio, & animo eſſe Alexandrum. Sic idem ipſe vir ſanctus, quatenùs Dei cognitione illuminatus, audit Cherubim, & ſimul Seraphim, quatenùs ejuſdem amore eſt inflammatus. *Ad p. 84. n. 7.*

Eodem quoque ſenſu (quidquid ſit de viſione F. Pacifici, de quâ ſine omni peccato dubitare licet etiam Franciſcano) utî Franciſcus appellatur Seraphicus, ita & S. Bonaventura, compluresque Sancti & ſanctæ eodem titulo condecorantur.

Dic verò nobis Hermanne, quonam ſenſu Lutherum veſtrum dicatis *virum*, non Seraphicum, ſed *Divinum*? Quâ conſcientiâ veſtrates eũ, Paulo excepto, ipſis Apoſtolis anteponant? Quin & juxtà Neandrum veſtrum Præfat. in Erotemata *Baſil. 1565 in 8. p. 323. 324.*

temata ling. Græc. Lutherus Paulo non tantum par, sed ipso *ferè est major.*

Ubinam verò Antonius & Franciscus suas habeant sedes, ipse videbis, cum ab eisdem judicaberis palpitans & contremiscens.

Ib. n. eod. Vanissimũ quoq; est, quod ex Hannoverano isthoc *libello* arguis contra id, quod scripsi de conciliandis singulis Angelorum Choris; cum non dixerim, quidnam præcisè vi revelationis debeat agi; sed quid à Noveniſtis, (quorum ne centesimus quidem jam dictum vidit libellum) vel de facto AGATUR, vel agi rationabiliter possit. Quin & ipsus idem libellus in citatis à te Litaniis antè Antonium hisce invocat Choros Angelorum: Alle heilige Chór der Engel/ bittet für uns.

Ad p. 5. n. eod. Porrò eorundẽ 9. esse Choros non potest quidem homini contumaci ex scripturâ apodicticè demonstrari; cum tamen diversa illa vocabula in scripturis reperiantur, eaque de 9. Angelorum Choris per tot secula cum SS. Patribus intellexerit Ecclesia omnis tàm Orientalis quàm Occidentalis, non potest de iis sine insaniâ dubitari.

Pro Dionysii deniq; scriptis vide *vindicias Areopagiticas* Martini Delrio; quia de iisdem disputare non est hujus loci vel instituti.

Ob Capitis 7. Discussionem
Conringius castigatur.

Ad n. I. 2. 3 CLamosa impotentis animi convitia, ac supercilios sine probatione effata contemnens dico.

Ad p. 90. n. 4. FALSUM esse 59. Quòd Novena sit novum cultûs Divini GENUS: Confessos enim Missam audire & communicare juxta ea, quæ dicta sunt p. 63. in honorem Sanctorum non est quid novum, sed antiquissimum. Deindè Sanctus, de quo agimus, Antonius invocatus est per orbem jam

jam annis 446. Deum verò Benedictum primariò & principaliter multò magis ac fortiùs invocari etiam eo ipso, quo Antonius invocatur, jam suprà est demonstratum. Habetque invocatio illa Sanctorum ab Ecclesiâ primitivâ & ab ipsâ scripturâ robur invictum, ut cap. 25. ostendit Philanthon. P. 63. 64.

Nullum ergò hic novum est cultûs divini *genus* ; sed temporis duntaxat circumstantia, vel potiùs ad 9. saltem hebdomadarum spacium pulsûs dudum recepti perseverantia commendatur ; ita tamen, ut, qui voluerit, undenam, duodenam, quindenam, vicenam aut quadragenam majori cum fructu celebret, quam Novenam : nec fructu sit carituras, qui hebdomadas pauciores, aut alios, quàm Martis, observaverit dies.

Porrò cum Noveniſtæ, Bononiensi revelatione vel ignoratâ vel in medio relictâ, certissimè sciant Antonium inter sanctos Cœlites licitè & utiliter invocari tàm 9. quàm 2. 3. aut 4. vel hebdomadibus vel diebus, nec minùs feriâ tertiâ, quàm primâ vel sextâ ; Bonum prætereà esse confiteri, communicare & Missam audire diebus utî Dominicis, ita & Martis, nec melius unâ, duabus aut tribus, quàm novem septimanis : Nullam adhæc efficaciam in præciso aut numero aut die collocandam esse : Et multiplicem denique devotionis hujusce fructum experiantur. Hinc ingentem illam discursûs tui, quo jactatæ revelationi Bononiensi Tutò *credo non posse* contendis, vim & energiam non, ut tu ais, dissimulavi, sed contempsi ; cum disertè ipsemet affirmârim, *nullum teneri certò* sive indubitatâ, infallibili & Catholicâ fide (quemadmodum *ly* Tutò tuum *animadv.* p. 8. & seq. explicas) credere, tale quid vel fœminam illam jactitasse, vel ejusdem jactationem ex vero esse. Imò disertè docui, nullis revelationibus post Apostolos factis (adeòque nec illi Bononiensi) *debere* (cui æquivalet hic Tò *posse*) eatenùs Tutò credi, tametsi ab ipsis conciliis generalibus sint approbatæ. *Cap.* XI. *sub fin.* C 8. p. 34.

Ad p. 91. n. 5. FALSISSIMUM ergò est 60. *me agnitam illam veritatem* (quod revelationi illi Bon. non possit tutò credi) *noluisse prodere.*

Revelationem verò Bonon. non esse de novo fidei dogmate, mox videbimus, utî nec Brigittinam. Hæc verò nil docet, quam orationem Dominicam & salutationem Angelicam in gratam Sanguinis Christi memoriam sæpiùs iterare, adeòque nec novum, Deum placandi, modum tradit.

FALSISSIMUM est 61. me falsasse sententiam Cajetani, eò quòd non dubitaverim profiteri, Cajetano fuisse visum viam ordinariam, (de iis, quæ ad fidem attinent, aliquid decernendi) *esse revelationem factam auctoribus sacræ Scripturæ.* ita enim loco à te cit. scribit ille: *Duæ sunt viæ, quibus decerni potest Religioni Christianæ, quid credendum sit; altera ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria est Divina revelatio facta imprimis authoribus S. Scripturæ contenta in Canonicis libris Bibliæ, traditionibus & Apostolorum....* (Et hoc idem ego hic affirmavi) *Revelatio deindè facta Apostolicæ sedi, &c.* Nec hoc ego eum scripsisse negavi, sed addere omisi, (1.) quia nihil faciebat ad institutam à nobis de revelatione Bononiensi disputationem; constat enim de eâd. revelatione in Decretalibus summorum Pontificum nec jota contineri. (2.) quia ex sententiâ Cajetani revelatio facta Apostolicæ sedi est longè diversa ab eâ, quæ facta est auctoribus Sacræ Scripturæ, & huic illa, ut mox videbimus, subordinatur.

Convitio igitur inquisimo *impudentem* mihi *malitiam* hîc intentâsti; Cum sententiam hanc Cajetani *Tu* apertissimè falsâris scribens eum illâ Decretales *æquasse* scripturæ. Ipse enim opusc. tom. 1. de auct. Papæ & Conc. tract. 2. part. 2. c. 13. ad 5. *cum dicitur*, inquit, *quod ad Papam spectat finalis determinatio de fide, intelligitur in ordine & gradu suo, scilicet* SUB *SACRA SCRIPTURA, cujus auctor est Spiritus S. Et quia Joannes Evangelista in doctrinâ fidei locum S. Scripturæ tenebat, sicut Evangelium suum hodiè tenet, ideò non sequitur, quod magis Clementis* (quem ait Joanne adhuc superstite Papam fuisse) *quam Joannis esset standum sententiæ, sed è* CONTRARIO. Ib.

Post Tom. 12. op. D. Thom. Antvv. 1612.

Ibid. *Petrus non ratione* PAPATUS *sed Apostolatûs locum etiam S. Scripturæ tenebat sicut nunc tenent epistolæ ejus.*

Ibid. tract. 1. c. 4. *Quia Apostolis, non Papæ jus condendi libros S. Scripturæ concessum est dicente illis Domino, quod Spiritus S. doceret eos omnia & omnem veritatem .... ideò prævaluisset sententia Joannis sententiæ Clementis Papæ in doctrinâ fidei & morum; sicut modò* PRÆVALET EVANGELIUM *Joannis sententiæ cujuscunque Papæ & totius Ecclesiæ.*

Revelationem ergò factam Apostolicæ sedi non intelligit Cajetanus (quod de Ecclesiâ Rom. p. 103. ipse fateris) esse apertam, ut ita loquar, Divinam instructionem, qualis est omnis illa Apostolis & Prophetis facta, sed occultam duntaxat Divinæ sapientiæ & providentiæ *directionem*, ne aliquam *FIDEI AMBIGUITATEM* ex verbo Dei jam olim revelato determinans fallatur & erret; sive ut verùm & genuinum scripturæ sensum (sicubi de eodem exoriatur non toleranda dissensio,) ipsa sedes Apostolica infallibiliter assequatur. *In his, quæ sunt fidei* inquit ibid. tract. 1. c. XI. *Secundùm sapientiam Divinam in* SCRIPTURIS *revelatam, & sibi assistentem ædificare Ecclesiam debet.* Atque hoc est ex viâ ordinariâ sc. ex Verbo Dei jam olim Apostolis & Prophetis apertè revelato aliquam fidei ambiguitatem sub occultâ Divinæ sapientiæ directione determinare.

Et loco à te cit. sc. *de Concept. Virg. c. 1. tom. 2. opusc.* docet, posse quidem sedem Apostolicam etiam ex viâ extraordinariâ aliquam FIDEI AMBIGUITATEM determinare, sed hoc fieri non debere, *nisi coram Rom. Ecclesiâ evidentissimè fieret verùm & indubitatum non mirum, sed miraculum, expressè ad testificandum hoc esse verùm* (quod sanè Deum posse facere, quidquid sit de facto aut faciendo, non dubitamus) *& ratio est*, inquit, *quia habemus à Deo ordinariam viam decretorum fidei, in tantum, ut si Angelus de cœlo oppositum hujus ordinariæ viæ diceret, non esset ei credendum, ut Apost. dicit ad Gal. 1.*

Ex quibus elucescit ex mente Cajetani maximam esse

differentiam inter illam Prophetis & Apostolis factam revelationem, & eam, quæ fit Apostolicæ sedi; illis enim jam olim, quæ ad fidem spectant, à Deo revelata sunt universa, huic autem, sc. Papæ nihil revelatur NOVI, sed per revelationem, id est occultam directionem ipsi à Divinâ providentiâ factam, infallibiliter, ut jam dictum est, assequitur ea, quæ olim Prophetis & Apostolis sunt revelata, sicubi de eisdem oriantur sectæ & dissensiones non tolerandæ ac per consequens necessariò per sententiam terminandæ. Hoc & non aliud sensit hîc Cajetanus. An verò & quatenùs id cùm verum sit, tùm à nobis fide Catholicâ credatur, de hoc aliàs juvante Deo, sum acturus.

Ex dictis patet (1.) quod Cajetanus hæc scribens: *Revelationi contentæ in S. Scripturâ & Decretalibus FIDEI inhæremus tanquam necessariis*, nihil aliud velit, quàm quod Decretales summorum Pont. quoad decreta FIDEI præcisè, doceant genuinum S. Scripturæ sensum, ipsis, cum in controversiam non tolerandam traheretur, per occultam Spiritûs S. directionem inspiratum. Genuinis autem ipsius scripturæ sensibus sufficienter propositis quis dubitet, quin tanquam necessariis sit inhærendum?

Patet (2.) quàm justè & rationabiliter non retulerim ea, quæ de revelatione Pontifici factâ adjecit Cajetanus, quandoquidē indubitatū erat, revelationem Bonon. non esse alicui aut Apostolo aut Prophetæ factam, ac per consequens ad illam, de quâ hîc Cajetanus, factam Apostolicæ sedi revelationem penitùs non pertinere.

Patet (3.) Cajetanum, cum disertè dicat determinationem Papæ habere ordinem & gradum suum *sub sacrâ Scripturâ*, & Evangelium Joannis (idem manifestè sentit de totâ scripturâ) PRÆVALERE sententiæ cujuscunque Papæ, Decretales apertissimè postposuisse scripturæ, ac proindè

FALSISSIMUM esse 62. Quod Cajetanus Decretales summ. Pont. *ÆQUAVERIT* S. Scripturæ. FAL-

FALSISSIMUM est 63. me verba Cajetani in istum sensum torsisse, ac si hoc loco S. Scripturæ nomine decreta sive Pontificum sive Conciliorum intellexerit : Dudum enim scivi, eadem Cajetano hoc nomine non venisse, prout nec mihi (ut tu perversissimè suspicaris) veniunt aut unquam venerunt. *Ad p. 92. n. 5.*

Porrò ad hoc, ut omnes Christiani aliquid tanquam fidei dogma credere sint obstricti, necessarium est (1.) ut id à Deo sit revelatum. (2.) ut Missi à Deo legati credentialibus ejusdem, id est virtute miraculorum apprimè instructi illud sibi revelatum hominibus credendum annunciârint. (3.) ut eis, quibus legatos illos videre non licuit, dogma sic, ut præfertur, revelatum & prædicatum non quilibet, sed ipsa Dei Ecclesia (quæ credentialibus ejusdem optimè est instructa) credendum proponat, atque hoc pacto testetur ea se à Dei legatis accepta, & fideliter custodita habere. *Ad p. 93. n. 8.*

Jam verò Res illas sive Brigitticas sive Bononienses, ut ut revelaverit Deus, (quod relinquimus loco suo) non tamen fœminas illas credentialibus suis instructas tanquam legatas misit, ut eas hominibus credendas annunciarent. Nec Ecclesia easdem ita proposuit.

Ergò res illas tàm Birgitticas, quàm Bononienses non obligantur tanquam fidei dogmata credere omnes Christiani; imò juxta ea, quæ dixi p. 67. sic credere nec possunt, nec debent:

Licet enim Constantino M. revelatum fuerit tanquam quid bonum & utile toti Ecclesiæ, ut ad vincendos Christi hostes signum crucis aciebus anteferretur; Constantini tamen exercitus fide Catholicâ credere non tenebatur ad illius præsentiam signi victoriam obtentum viri; vel ad obtinendam contrà Christi hostes victoriam bonum & utile esse signum istud exercitibus anteferri, tametsi id revelatum esse tantus testaretur Imperator! Nec nos hoc ita

Vid. Euseb. l. 1. vitæ Const. Sozom. l. 1. c. 4. Cassiod. hist. Trip. l. 1. c. 4.

ita esse, vel factum fuisse fide Cath. tenemur credere; quandoquam testetur id antiquitas universa; cujus ratio est, quia nec Constantinum misit Deus, ut jam dicta hominibus credenda annunciaret, nec Ecclesia nobis eadem fide tenenda proponit; idemque de factis S. Ambrosio, S. Luciano, Pulcheriæ Augustæ aliisque revelationibus est dicendum.

Ad n. 9. p. 94.

Sed en tibi propositum ab Hermanno syllogismum Tri-Doctoralem! quo probet; quòd, *nisi mentita esset illa* (Bononiensis) *revelatio, omninò ad illud* FIDEI (de Novenâ S. Antonii) *DOGMA CREDENDUM OMNES CHRISTIANI OBSTRICTI ESSENT*; ego verò id negans sim mentitus.

P. 93.

Quidquid, inquit, *Deus revelat sive agendum sive credendum ceu bonum atque utile, illud est fide propriè dictâ Theologicâ aut Catholicâ credendum: At juxtà Novenam cultus Novemdialis Antonii est à Deo revelatus ceu aliquid bonum & utile hominibus, ergo, &c.*

Major (uti ea, quæ jam nunc de revelationibus Constantino, Ambrosio & Luciano factis sunt dicta, demonstrant) est cœca & clauda ac evidentissimè falsa, nisi subjecto huic (*quidquid Deus revelat*) addatur: *ac per legatos suos, vel, his ad se revocatis, PER ECCLESIAM SUAM credendum proponit.*

Hoc verò si in minore simul, ut oportet, conprædicetur, ipsa minor est evidentissimè falsa: Si autem omissum fuerit, eadē etiā est miserrimè cœca & ridiculè clauda; Nec enim testimonium Novenæ similiumque chartarum à quopiam agnoscitur esse sufficiens ad hoc, ut obliget homines, quò omninò credere teneantur id, quod refertur, esse à Deo revelatum.

Conclusio denique ex miseris ejusmodi præmissis est prorsùs misella. Et tamen Hermannus cum hâc claudâ, cœcâ & edentulâ suâ prole (prætensâ, inquam, demonstratione) mirè tripudians masculè subsultat, eamque *infallibilem*, & *sole ipso clariorem* vocans fœdissimis *mendaciorum, quæ sint*

Pag. 94. n. 9.

de

de grege Beelsebubi Principis Dæmoniorum, convitiis audaculè insultat pauperi Capucino: sed justo Dei judicio in foveam cadens sua hæc mihi intentata mendacia in se cogitur resorbere.

Cum capiti 9. hanc fecerim inscriptionem: *Revelatio SOLAM concernit fœminam Bonon.* ac per hoc apertissimè insinuârim precularum auctorem hallucinatum fuisse in eo, quod ita locutus fuerit, ac si revelatione illâ *formalis* promissio facta sit universis; & tu nihilominùs illâ ipsâ à me explosâ hallucinatione, sive natis ex eâ precularum verbis me velis convincere, quòd *impudentissimè mentitus* sim, nihil prædicasse mulierem ab aliis aut credendum aut faciendum, hinc Falsitatem hîc 64. eamque enormissimam contrà conscientiam dixisti. *Ad n.* XI. *p.* 95.

Iniquissimum *mendacii* convitium spernens cum Catholicis omnibus sensi semper, sentioque ac dico; quòd, qui suismet viderunt oculis verbum alicujus à summo Numine miraculo prorsùs indubio confirmari, teneantur eidem verbo firmissimam adhibere fidem, sicut & illis omnibus, quæ quoquo modo ipsismet cœlitùs revelantur, dummodò simul redditi sint omninò certi, quòd nec per insónia, nec per Dæmonia, nec alio quovis modò sint ludificati: non possint tamen cuilibet ejusmodi verbo inter venerandos fidei Catholicæ acceptandos ubivis articulos locum dare; quandoquidem non pauca multorum asserta sunt quidem verè à Deo revelata, & non rarò miraculis confirmata, non tamen sub isthâc, de quâ nos agimus, ratione, ut sc. credi debeant ab universis. *Ad n.* 12.

Nos verò avtoptis illis (& minùs aliis) eatenùs credere non obligamur, imò nec possumus nec debemus, ut dictas assertiones tanquàm fidei Catholicæ dogmata admittamus. vide, quæ suprà ad num. 8. dixi.

Infame tuum *grandis & impudentis mendacii* convitium jam nunc meo ad n. XI. Responso est explosum. *Ad n.* 13.

Ad n. 14. 15. & 16. Ob idem, quod n. 14. & 16. crepas, *mendacii* impropérium jam ad capitis 6. discuss. 2. castigatus es & confusus; pro eodem verò, quod mihi n. 15. intentas *mendacii* telo infrà accipies unum *Heic.*

Ad n. 17. Porrò quemadmodùm ex revelatione solum concernente Constantinum Theodosius, Carolus M. aliique Imperatores & Reges non sine maximo totius Ecclesiæ emolumento occasionem acceperunt signum crucis contrà infideles processuris exercitibus suis præmittendi; ita mulierem Bonon. nonnulli eorum, qui miraculum ab ipsâ *obtentum* viderunt, hosque alii, & alios alii sunt imitati absque eo scientes Antonium licitè & utiliter in quintum jam seculum invocari. Undè & ipsis de revelatione Bonon. non est magnoperè laborandum; tametsi locorum ordinariis eorumque seu locum seu vicem tenentibus incumbat dispicere, ne pietatis obtentu, quæstûs autem & lucri causâ revelationes fictitiæ supponantur, vel in iisdem fraus aliqua infernalis lateat inimici. Hæc mea & fuit, & est, & erit semper, Deo juvante, sententia, utî & ista: quòd non liceat mentitis revelationibus & miraculis homines decipere bonum in finem; id quod ex ultimis illis capitis 7. verbis (*licet etiam ex MALO occasionem sumpsissent*) perspicere poteras & debebas; ejus tamen contradictoriam mihi persuasam esse hîc, fœ-

P. 99. dissima *impudentium mendaciorum* convitia crepans, inquisitissimè suspicaris, & pag. quidem 296. sub finem apertè affirmas; cum tamen docere non cessem, ne levissimum quidem mendacium esse licitum, tametsi eodem universus orbis à præsentissimo possit interitu vindicari; quam in rem jam aliquot antè annis (ut omni horâ potero demonstrare) & plurima & efficacissima annotavi; adeò ut hæc mereatur dici

FALSITAS Conringii 65.

Denique propter ea, quæ de S. Francisci, avibus habitâ, cõcione hîc iterùm cavillaris, jam suprà confusus es; pag. 47.

huic

Huic verò omninò similis est illa S. Antonii piscibus semel duntaxat facta, qui quidem viro sancto (ad obstinatam ejus temporis sacramentariorum, eum *DE SCRIPTURIS SANCTIS per dies multos prædicantem* amplius audire non sustinentium, perfidiam confundendam) suum præbuerunt auditũ, quem-admodùm Christo Salvatori, si pueri tacuissent, in Judæorum confusionem ipsi lapides panegyricum præstitissent affatum. Utinam verò & tu cum sacramentariis illis figuratâ isthâc Antonii prædicatione *conversis* resipiscens cor tuum cum Judæis non obdurares! vide interim ipsas S. Antonii Conciones, quæ extant impressæ, & invenies eas esse non risu dignas, sed Spiritu sancto plenas. Si autem in die malâ à Domino vis subsannari, perge ejusdem sanctos gnaviter irridere, ut (quod Deus avertat) quandoque gemas ea, quæ Sap. 5. v. 3. & seqq. sunt notata.

Vid. spec. vitæ S. Franc. fol. 151.

Ob Capitis octavi Discussionem Conrigius Castigatur.

FOeda hominis mihi quam multa *mendacia malitiamque* intentantis convitia spernens dico: Fidem Catholicam à nobis vocari illam, quæ debet universaliter obtinere; adeò, ut cuicunque ejusdem dogmati legitimè (juxtà ea, quæ pag. 71. à me sunt dicta) proposito possit nemo sine gravissimo peccato assensum negare, nemo sine hæresi pertinaciter refragari.

Ad n. 1. & 2.

Porrò nemo non videt meum octavi capitis argumentum à te contrà conscientiam esse perversum, cum suo ipsius pondere in hanc prorumpat & ruat formam:

Ad n. 3. 4. 5. 6. 7.

Cui attendum NON esse Romanensium partium summates QUIQUE disertè profitentur, huic Romanenses fide Catholicâ NON attendunt.

Sed, per Conringium, Roman. partium summates QUIQUE disertè profi-

Animadv. p. 5.

profitentur novis revelationibus ad salutem fidelium curandam attendendum NON *esse.*

Ergò per Conringium Romanenses iisdem fide Catholicâ NON *attendunt.*

Idque eundem contrà semetipsum testari ex vero dixi non quidem eò, quòd totidem syllabis id affirmet, sed quòd ejusmodi testimonium dicat, ex quo jam nunc facta conclusio non potest nō limpidissimè promanare: Etenim contrà id, quod summates *quiq;* Romanensium docent, si quidem sit (ut hoc est) & intellectu facile, & acceptatu minùs difficile quàm ejusdem oppositum, alii minorum gentium Doctores, & consequenter populi non solent ire: Quin & sciente Conringio vel pueri nostrates ad primam Catechismi Canisiani quæstionem respondent, Christianum atque Catholicum constitui per hoc, quòd assentiatur omnibus iis, quæ Deus revelavit, ac PER ECCLESIAM SUAM credenda proposuit, atque adeò hisce limitibus totam fidei Catholicæ latitudinem circumscribi.

Hinc verò sequitur, quòd nostratium nemo (nisi omninò stultus aut stolidus) sit, qui nullo docente, suadente, hortante, urgente aut cogente, quin & summatibus *quibusque* contradicentibus, suam ipsemet libertatem hisce compedibus captivam stringat, ut novis, quæ circumferuntur, revelationibus attendat Catholicâ fide; adeò, ut credat non posse se eas sine peccato aut hæresi relinquere loco suo.

Ejusmodi verò aut stultus aut stolidus ut ut forsan alicubi sit, communi tamen Catholicorum sensui non est natus aut aptus præjudicare; nec tu ejusmodi aliquem nobis es ostensurus: Neque etiam ignoras, quòd, cum dicitur: ita sentiunt omnes Catholici, id intelligatur non de stultis & stolidis, sed de iis, qui saltem prima fidei Catholicæ capiunt rudimenta.

FALSISSIMUM igitur est 66. quod hîc particularem propositio-

positionem tuam *impudentissimo mendacio* commutârim in universalem *summates quosq;* transfundendo in *omnes Doctores.* Videat, cui mens constat, & judicet, an non *impudentissimum* illud mihi hîc improperatum *mendacium* per se resiliat in Hermannum, cum loco meæ sub hujus initium Capitis ad n. 3. statuminatæ majoris mihi stultissimam hanc propositionem affingit: QUODCUNQUE *omnes Doctores Ecclesiæ Rom. profitentur, illud affirmatum quoq; est à fœminâ Bonon. aliisq;*, sive (ut p. 104. loquitur) *simpliciter ab omnibus* sc. partium nostrarum hominibus. P. 102.

Porrò nullum Ecclesiæ nostræ Doctorem adduces, qui immaculatam Deiparæ Conceptionem inter fidei Cath. dogmata recipi aut voluerit aut velit *eò præcisè*, quod Birgitta id sibi revelatum affirmârit: Si enim hoc non feceris, dicam meritò te nugari. De Cajetano vide sup. p. 68. 69. ac scito, quòd fœda sequentium 6. numerorum, convitia ac inepta prorsus narrata tanquam Responso indigna præteream.

Ad id, quod p. 35. dixi; esse nimirùm nos (non tamen fide Catholicâ) certissimos Antonium Birgittamque inter sanctos cum Christo regnare, mellifluus dicit Hermannus: *Mentitur Capucinus*; tametsi sævissimâ hac criminatione suâ tangat non tàm me, quàm DD. Peanum & Veronium, imò universam & Sorbonam & Ecclesiam Gallicanam, ut cap. 8. p. 34. & 35. Philanthon admonuit. Videantur interim, quæ habet idem c. 22. à p. 117. usque 121. illa quippè sufficient hîc cordi non penitùs obdurato. *Ad n.* 14. *p.* 110.

Falsissimum est 67. me de certitudine sanctitatis eorum, quos Canonizatos habemus, longè aliter ex professo docere p. 116. quàm docuerim p. 35. Cum p. 116. statuerim de eâ certitudinem moralem suppositâ Dei providentiâ *firmissimam*, p. verò 35. *certissimam*, quæ utique æquipollent. adhæc eodem hoc numero, sedecim duntaxat lineis interjectis, hujus falsitatis temetipsum convincis, cum dicis me c. *Ad p.* 111.

22. §. 4. i. e. p. 116. & hîc c. 8. *IDEM* docere, hîc quidem *obscuriùs*, ibi verò *clarè*. Cajetanus modò ad manum non est; scio tamen Bannesium mox à me citandum aliosque quammultos eum in meam sententiam allegare.

FALSISSIMUM est 68. Melchiorem Canum l. 5. c. 5. *de Locis Th.* confessum esse incertitudinem Canonizationis Sanctorum; dicit enim ibidem: *Qui fidem in his Ecclesiæ detrahunt, eos non hæreticos quidem, sed temerarios, impudentes, & irreligiosus credamus.* vid. ibid. plura.

FALSISSIMUM est 69. Quòd Dominicus Bannes 2. 2. a. 16. dub. 4. eandem incertitudinem sit confessus: docet enim 2. 2. qu. 1. art. x. dub. 7. quòd asserere: *in Canonizatione Sanctorum posse errorem ex ignorantiâ, aut aliâ viâ reperiri, sit temerarium valdè, scandalosum & hæresin sapiens.*

Colon. 1656. in 4.

FALSISSIMUM est 70. Quod jam dictam incertitudinem præ aliis docuerint Fratres Walenburgii *de Unit. Eccl. l. 12. c. x. contr. 2. n. 5.* Nam loco cit. cap. x1. p. 670. col. 2. n. 5. hoc tantummodò dicunt: *An Papa in illâ possit errare, non est DE FIDE.* Scis equidem Hermanne, quòd aliud sit *esse incertum*, aliud verò, non esse obligatum credere *catholicâ fide*: quandoquidem esse v. g. urbem, quæ Constantinopolis appellatur, infallibiliter certi sumus, non tamen credimus Christianâ & Cath. fide.

FALSISSIMUM est 71. quòd ipsemet ego c. 22. §. 4. clarè, hîc autem (c. 8.) obscuriùs incertitudinem illam sim confessus; cum *certitudinem* hîc quidem *certissimam*, ibi verò *firmissimam* statuminârim.

Porrò, ut p. 118. & seqq. notavit Philanthon, diuturni, exactissimi ac rigidissimi de SS. Canonizandis in judicio contradictorio processus instituuntur super eorundē tàm vitâ ac virtutibus (signanter verò de simplicitate, humilitate, patientiâ ac charitate præcipuè in persecutionibus effulgente) quàm super miraculis tàm illis, quæ *post*, quàm his, quæ *antè* mortem per eos Deus est operatus.

Cui

Cui verò hæc omnia & singula pluribus ac convenientibus hominum authenticorum testimoniis in tanto ac tam rigido judicio suffragari probantur, sine ullâ oppositi formidine sanctus habetur, colitur, & invocatur; maximè cum præter hæc etiam specialissima Dei providentia dilectissimæ ejusdem Ecclesiæ præ omnibus aliis mundi rebus & regnis adesse non possit sine insaniâ negari ab homine Christiano: Quâ utique præcavetur, tùm, ne eadem charissima Filij Dei sponsa per formalem aliquem pernicioſumque in fidei morumque doctrinâ errorem à Dœmonibus devicta conculcetur; tùm etiam, ne per materialem in cultûs objecto deceptionem pro sancto damnatũ inferni mancipium colens, turpissimâ confusione, ab ejusdem principibus irrideatur: Illud credimus fide, quæ (ut aliàs demonstrabo) debet universaliter obtinere; hoc verò eandem non quidem ingreditur, sed tamen, ut patet, quàm proximè attingit. Unde & Divinissimi Ecclesiæ Patres sanctos longè minori, quàm nunc fit, processùs solemnitate ac rigore declaratos sine ullâ formidine coluerunt & invocârunt.

Cur autem, etiam suppositâ specialissimâ Dei providentiâ Ecclesiæ assistente, obstricti non simus *Catholicâ fide* credere hunc vel illum canonizatum in cœlis *regnare*, indè est, *quòd* hoc ipsum non sit Prophetis aut Apostolis à Deo FORMALITER revelatum, adeòque nec ab Ecclesiâ propositum sub isthâc ratione credendum, sed tantùm per bonam & firmã consequentiã ex scripturis scholasticè deducatur, & idcircò à quibusdam esse *probabiliter* fidei defendatur; id verò, quod fide Catholicâ credere obligamur, debere non *probabiliter* tantùm, sed *certò* de fide esse, apud omnes Catholicos est in confesso.

Edicat verò nobis Hermannus, quâ ratione certissimam sese esse crediderit Academia vestra anno adhuc 1613. *animas Sanctorum in paradiso esse, beatas, & frui conspectu Dei*, adeò ut contrarium docere HÆRETICUM proclamaret: ut

ut patet ex G. Calixt. de præc. Rel. Chr. cap. D. 14. th. 7. Undè etiam de hoc certissima adhucdùm sit schola Wittebergensis contrarium docentes *rejicere* non formidans in Consens. repet. fidei verè Luth. ad Aug. Conf. art. 7. Tunc eidem & nos luculentiùs exponemus, undè certissimi simus animas tàm canonizatorum, quàm omnium perfectè emundatorum jam cum Christo in cœlis regnare. Vide interim Bellarm. de Beat. SS. l. 1. c. 3. & seqq.

Ad p. 112. n. eod. FALSUM est 72. me pro Canonizationis certitudine contrà Protestantes adduxisse c. 22. § 4. Verba D. Th. ex Quodl. 8. art. ult. Cum manifestissimum sit exscripsisse me ea tantùm in id, ut ostenderem, quòd hunc vel illum Canonizatum esse verè sanctum *fide Catholicâ* non credamus. In eo verò, quod præ omnibus aliis contrà jam dictam certitudinem me jubes expendere (multos nimirùm reprobos in nomine Domini prophetâsse, Dœmonia ejecisse & virtutes multas fecisse) non obscurè calumniaris, quasi sola, quæ viventes patrârunt, *miracula* pro eorundem canonizatione sufficere arbitremur; cum tamen insuper non modò, ut jam nunc est visum, præclara Christianæ perfectionis & miraculorum *post mortem* editorum testimonia requiramus, sed etiam Lect. 4. diei 7. infrà octav. S. Antonii *illa* (à viventibus patrata miracula) *plerumq; fallaciter IN VITA* (eorum de sanctitate commendandâ) *decipere* palàm profiteamur.

Ad n. 16. p. 115. Cum ergò de Canonizatorum sanctitate nec incerti, nec dubii, sed, modo jam dicto, certissimi simus, ipsosq; directas ad se preces cognoscere per argumenta invicta convicti sciamus: Deum etiam & Filium ejus unigenitum cum S. Spiritu non minùs, imò magis, quàm vos facitis, invocemus; quin & ipso, quo sanctos invocamus, actu ad eundem, ut p. 176. n. 14. ipse concedis, exclamemus; tua isthæc inter Romanensium ac Protestantium invocationē comparatio est perquàm ridicula & inepta. Quid enim? Miser Hermanne! an non c. 25. à §. 5. usq; ad 12. inclusivè apodicticè demon-

demonstravit Philanthon Ecclesiam tuam ob rejectam sanctorum invocationem esse & à semetipsâ proprio judicio & à Deo miraculorum Majestate damnatam; hæc refutare non potes, & tamen adhuc audes miseræ istius laudes miserimè ebuccinando nugari!

FALSUM est 73. quòd per *impudentem calumniam* te perstringam, quasi illa Apostoli (*quidquid non est ex fide, peccatum est*) intellexeris de fide, cujus formalis ratio est revelatio Dei indubitata; Cum c. 22. p. 125. lin. 6. non categoricè, sed hypotheticè duntaxat scripserim: *Si enim id de fide intelligas, cujus formalis, &c.* Ne dicam, quòd ipse eodem hoc & 14. num. ad id, ut *invocantis conscientia sit haud dubia* ac per consequens invocando non peccet, prærequiras, ut fide Catholicâ constet invocatum in cœlis regnare, precesque nostras posse & audire, & exaudire. Tuos igitur mihi iniquissimè datos *impudentis & impudentissimi* titulos habe tibi. *Ad p. 117. 118. 119. n. eod.*

Porrò si Biblia, vestra glorioſissimos Domini Confessores Martinum, Nicolaum, alioſque complures, *Sanctos* prædicando, populos voluerint decipere, equidem hactenùs ignoravi; cùm illi neminem alterius vitæ soleant aut vocare aut habere *sanctum*, nisi quem non dubitant in cœlis cum Christo regnare; & quomodò non credant hoc de eo, cujus vident festa solemniter celebrari accommodatis ejusdem vitæ epistolâ, Evangelio, & Concione?

Altero vero argumento hoc tantùm volui, quòd nimirùm, cùm nulli non eos, quos tamen non certò sciunt, imò graviſsimè dubitant suos esse progenitores, etiam nullo sive accepto sive expectato beneficio, sincerè ex corde & animo colere omninò *teneantur*; & nos eos (quos in cœlis regnare non quidem Catholicâ fide, sed dicto jam modo certiſsimi sumus, quorumque tàm beneficia, quàm sanctitatem cum *Majoribus nostris* non cessat orbis prædicare Romanus) *possimus saltem*, licitè colere & invocare; quemadmodùm sapientiſsimi, sanctiſsimi, ac Diviniſsimi Patres Basilius & Ephræm,

Ephræm, Grgorii Nazianzenus & Nyssenus, Hieronymus & Ambrosius aliique ipsis Synchroni tàm populi quàm Doctores invocârunt etiam sanctos, quorum de sanctitate fidei Cath. certitudinem non habebant; quos tamen id nec illicitè nec inutiliter vel ineptè feciſſe, Deus ipse magnâ & evidente miraculorum Majestate probavit: id quod in SS. PP. scriptis vel mediocriter versatus sine summâ impudentiâ non negabit.

Ad p. 120. §. verùm. Falsissimum est 74. quòd c. 23. *Vix aliud agam, quàm ut doceam posse VARIIS MODIS preces ad notitiam sanctorum pervenire.* Vah falsissimam hominis falsitatem! videat æquus Lector & judicet.

Si tamen quandoque dixi *posse* sanctos audire ac videre ea, quæ hîc apud nos (maximè se concernentia) fiunt, poterat Hermannus scire, quòd qui habet & potentiam proximam, & naturale desiderium objecta quædam videndi vel audiendi, nec aliundè patitur impedimentum, etiam actu eadem videat audiátve tunc, cum sese auribus aut oculis ingerunt, ipsamque videndi audiendíve potentiam ad actũ excitant, movent & necessitant importunè. Undè sic bene infertur: Tam acutas aures habet Hermannus, ut, si quis ei à mille passibus acclamet, omnia distinctissimè *possit* audire; ergò & actu tunc omnia distinctissimè audit, cum ei à jam dictâ distantiâ acclamatur, nisi aliundè fuerit impeditus. Sed videat æquus Lector capitis illius argumenta, & notabit, quòd Hermannus idcircò dicat id *ineptiis scatere*, quia non potest ad illa sine meris ineptiis respondere: Quemadmodùm & hîc ineptissimè nugatur, quandò contrà eadem dicit: *à posse ad esse non valet consequentia*: Cum vel cœcus videat asseruisse me sanctis non ejusmodi *posse*, quale habet homo vel cœcus & surdus; vel auribus quidem & oculis sanus, sed tamen densissimis tenebris muróve aheneo septemplici undequaque clausus; vel is, cujus oculi auresque à proportionatis non vellicantur objectis; aut qui eadem

sese

sese insinuantia nec desiderat nec vult percipere, vel per alia aliò est distractus: Sed vindicasse me ipsis proximam, quæ & actu impetitur, & sine obstaculo facillimè vivacissiméque tangitur, videndi audiendíque potentiam & facultatem; quam quidem illi, omnis tàm distractionis quàm turbationis expertes, suam desiderantibus conversationem, imò in suos ruentibus amplexus non dedignantur sed desiderant accommodare, pro suâ, quæ *nunquam excidit*, charitate. 1. Cor. 13. 8.

Si verò dicatur *posse* sanctos preces ad se directas *mediatè* duntaxat percipere, benè nihilominùs inferam; quòd easdem tunc, cum ad sese actu directæ fuerint, etiam *mox actu* percipiant; quandoquidem non potest cum ratione negari desideratam rerum ad se pertinentium cognitionem ipsis vel Dei revelatione, vel Angelorum obsequio communicari.

Discat ergò à *Logicorum*, ad quos bis-pueriliter me remisit, *pueris* ipse Hermannus, quòd axioma illud: *à posse ad esse non valet consequentia*, intelligendum sit de potentia merè activâ nil penitùs passâ, qualis est v. gr. facultas scribendi; non verò de potentiâ passivo-activâ commotionem, imò quodammodò vim & violentiam, passâ; qualis est in homine undique sano & vigili potentia audiendi, cum ejusdem auribus fortiter inclamatur, qualemque ego in sanctis invictè statuminavi.

Falsissimum est 75. me vel *mentitum* quòd FF. Walenburgici de unit. Eccl. l. 12. c. 16. referant Duacensium DD. de Sanctorum scientiâ resolutionem, vel usum esse aliâ ejusdem operis editione, quàm quæ anno 1656. Coloniæ est curata. Vah *Cæcam* criminandi libidinem! impone naribus (cum tamen non ringeris) conspicilla & vide, an non ejusdem illius, quâ & ego sum usus, editionis cap. eod. sub init. pag. 701. col. 2. uti & in eâ, quæ ibid. an. 1670. in fol. est facta Tom. 2. p. 238. col. 2. id, quod dixi, ad literam in- *Ad p. 121*

veniatur, ac proindè, quod mihi intentâsti, *mendacium* in te reverberetur.

Cœterùm ex illâ Duacenorum resolutione, ac Non-determinatione Ecclesiæ patet utique illam de sanctorum scientiâ doctrinam, quæ variè à scholasticis explicatur, à nobis fidei articulis non accenseri; id quod duntaxat me ibi voluisse, teque per consequens hîc ineptire posset vel cœcus videre: Sententiam enim nostram volui Walenburgiorum Duacenorumque suffragio tantùm proponere, non stabilire.

L. de curâ pro mort. c. 4. Equidem S. Augustinus Sanctorum invocationem ceu licitam utilemque etiam pro defunctis recipit *indubitanter*, ibidemque sanctissimus ille apertè testatur CERTUM esse, quòd homines per invocatos Cœlites adjuventur: ad utrumque tamen judicat sufficere, quòd iidem cœlites *pro indigentiâ SUPPLICANTIUM* (quos ex more Ecclesiæ sciunt utique non deesse) *GENERALITER orent*, adeòque precum nostrarum perceptionem non esse absolutè necessariam ad fidem & praxin invocationis Sanctorum, ut sit salutaris: ut proindè *extremam* illam mihi ac Duacenis absurdissimè assomniatam *absurditatem irrationabilitatemque* etiam huic sapientiæ miraculo TU intentâris. Ipsam verò precum perceptionem plurimis in locis nobiscum asseruit Pater sanctus, & ego c. 23. invictissimè demonstravi, ut quilibet videre possit vanissima esse omnia, quæ declinans prælium hîc ad finem usque clamitas & nugaris.

Vid. Philanthon s. 25. p. 183. 184.

Ser. 94. de diverf. sub fin. Sanè jam dictus Divinissimus Pater in natali S. Stephani pro publicâ concione sic alloquitur D. Paulum: *Cum eo* (Stephano) *quem lapidâsti*, (per voluntatem tuam) *cum Christo regnas; ambo ibi vos videtis, AMBO MODÒ SERMONEM NOSTRUM AUDITIS, ambo pro nobis orate.*

De div. Et ser. 33. Factam à quâdam muliere ad memoriam S. Stephani pro infante suo mortuo hanc refert & probat supplicationem: *S. Martyr! VIDES mihi nullum remansisse solatiam*

tium; non enim possum dicere filium præcessisse, quem NÔSTI *perîsse:* TU *enim* VIDES, *quare plangam. Redde filium meum, ut habeam eum antè conspectum coronatoris tui. Hæc & talia cum precaretur lachrymis quodammodò non petentibus, sed, ut dixi, exigentibus,* REVIXIT *filius ejus. Et quia dixerat:* NOSTI, *quarè illum quæram; ostendere voluit etiam* DEUS VERUM ANIMUM IPSIUS .... PROBATUM EST COR FIDELE MULIERIS.

Ubi notandum est, quòd Pater sanctus duos hosce sermones habuerit post scriptum *de curâ pro mortuis* librum: Aliàs enim capite ejusdem XI. de suâ adhuc viventis factâ Palladio & Paulæ non tantùm *multiplici*, sed etiam præ omnibus ibi relatis per subsequens miraculum *probatissimâ* apparitione *ser.* 31. *&* 2.. (quorum 33. est pars & complementum) relatâ omninò non siluisset. Eandemque 94*ti.* posterioritatẽ sententiæ cum 33*tii.* identitas dat probatam. Meliùs ergò perfectionem scientiæ Sanctorum intellexit senior, quàm idem junior intellexerit Augustinus.

Ob Capitis 9. Discussionem

Conringius castigatur.

HErmeneuticam impotentis animi vitiis ac convitiis turgidam rideo gravitatem, ac dico: *Ad n.* 1. 2. *p.* 126.

FALSUM esse 76. Quòd in toto libro meo nec verbulo ausus sim vellicare tuam hanc majorem: *Quicunque spiritus creatus se postulat adorari* (genuflexione) *non est bonus*: *Ad n.* 3. *&* 4. *Gen.* 6. 18. *2.* 6. 19. 1. *Josue* 5. 15. ostendi enim c. 24. p. 174. admisisse Angelos adorationem non tantùm genuflexam, sed etiam, quòd majus est, humi stratam, eoque ipso demonstravi majorem illam esse falsam, bonisque spiritibus etiam προσκύνησιν competere, ac proindè posse ab iisdem non iniquè prætendi; quemadmodùm Angelus ille à prono in terram Josue adoratus jussit insuper de pedibus solvi calceamenta. Quem licet Origenes

existimet fuisse ipsummet Deum; benè tamen Serarius hîc ex scripturâ aliisque Patribus docet Angelum puramq; creaturam fuisse; cum seipsum dixerit *Principem exercitûs DOMINI*; nec ad aliud v. 13. *gladio evaginato* venerit, quàm ut muros Jericho subverteret, omnesque ejusdem incolas à viro usque ad senem, boves quoque & oves & asinos in ore gladii percuteret per Hebræos; ad quod ipsummet *exercituum Dominum* Dei Filium venisse nec scripturæ, nec rationi est conforme. Ut proindè mirum sit, quod non verecundetur Hermannus suam isthanc *majorem extrà omnem Controversiam tanquàm certam, firmam & CONCESSAM collocare.*

v. 14.

C.6.v.21.

Sanè suas, Stephani Protomartyris, Nicodemi & Abibonis reliquias fidelium veneration pro auxilio exponendas sancto Luciano in tertiam usque septimanam continuis & jejuniis & orationibus omnip. Deum, ne sibi à Dœmonibus illudi pateretur, roganti tertiò revelavit S. Gamaliel, (de quo *Act.* 5. 34.) testibus ipso S. Luciano *in ep. ad universos Christianos.* S. Avito. *in ep. ad Clerum & plebem Ecclesiæ Braccarensis.* S. Augustino *tract.* 120. *in Evang. S. Joan. circa med.* Serm. *de inventione S. Stephani, qui incipit*: Expectat sanctitas vestra. *Tom. x. Paris* 1651. *p.* 685. *col.* 1. *A.* & serm. 94. *de Diver.* Evodio Episc. Uzalensi *de Mirac. S. Steph. l.* 1. *c.* 1. Gennadio Mas. sil. *in Catalog. Vir. illustr. To.* 1. *S. Hier. Paris* 1578. *Col.* 466. 467. *in Orosio, Luciano, & Avito.* Marcellino Comite *in Chron.* Venerabil. Beda *retract. in Act.* 5. *& 8. in Ephemeride & Martyrologio.* Freculpho Lexovienſi *Chron. tom.* 2. *l.* 5. *c.* 12 Ottone Frising. *l.* 4. *c.* 22. Adone *in Chron.* aliisq; quàm multis.

Suas S. Ambrosio per triduum oratione ac jejunio contrà Dœmonum fraudes apud Deum assiduè instanti, ac tertiâ quidem nocte & vice non dormienti sed stupenti revelârunt SS. Christi Martyres Gervasius & Prothasius testibus eodem S. Ambrosio *l.* 7. *ep.* 53. *&* 54. S. August. *l.* 9. *Confess. c.* 2. *&* *l.* 22. *de civ. D. c.* 8.

To. 5. *Paris.* 1603. *col.* 313.

Suas

Suas Pulcheriæ Augustæ revelârunt S. Thyrsus & celebres illi 40. Martyres teste Sozomeno l. 9. c. 2. & probante mox Orbe Romano.

Suas Lamfredo Abbati revelavit S. Germanus Episc. Paris. teste Aimoino (aliàs Annonio) *de gestis Francorum l. 4. c. 62.* Et revelationem convocati propter eam à Pipino universi Regni sui præsules reverentissimè sunt amplexi.

Revelationes, inquam, has ex universâ antiquitate nemo, quem ausis dicere bonum, Dœmoni adscribere unquàm vel cogitavit, sed mox Oriens occidensq; *Cœlestes* de prædicavit, ac universa recepit Ecclesia. Quin ipse eadem Deus evidenti miraculorum Majestate probavit; quandoquidem (ne singula prosequens sim longior quàm oportet) apud reliquias S. Stephani, dictâ mox revelatione compertas, hominibus ipsum & de geniculis & de solo Protomartyrem invocantibus, cœcos illuminatos & mortuos esse suscitatos ex certâ scientiâ testantur, sanctissimus Augustinus l. 22. de civ. Dei c. 8. & Evodius Episcopus Uzalensis (quem fratrem suum suisque auditoribus notum dicit idem Divinissimus jam dictus Pater) *Libris duobus de miraculis S. Stephani* suo jussu conscriptis. *S. Aug. Ser. 33. de diversis.*

Et tamen Hermannus universâ pientior & sapientior antiquitate securus dicet, omnes hosce revelatores fuisse Dœmones personatos, eò quòd sibi cultum postulaverint genuflexum non quidem expressè, sed interpretativè, eo nimirum ipso, dùm invocationem venerationemve sui solennem (quæ tunc temporis, ut infrà probabo, & genuflexa & prostrata fiebat) prætenderunt; quemadmodùm, ipso fatente Conringio, revelator Bonon. isthoc duntaxat modo genuflexum sui cultum insinuavit. Tametsi rem à 446. annis habitam S. Antonius vel Antonio alius anno demum 1617. quæsîsse sine ratione dicatur. Verùm de genuflexo sanctorum cultu suo loco, ubi Vanissimam Conringii *Discuss. p. 131.*

ringii *de adorando uno Deo* ſic dictam *Demonſtrationem* exſufflabo.

Ne quis verò ob prætenſam à ſanctis, qui dicuntur, ſuorummet venerationem ſeſe in ejuſmodi revelationibus ſuperbiam ac per conſequens adhuc Dœmonum illuſionem deprehendiſſe præſumat, ſciendum eſt ex S. Auguſtino, quòd apparitiones, *certæque*, id eſt indubiæ, ſanctorum Cœlitum præſtitæ mortalibus *Opitulationes* fiant vel per *ipſam præſentiam Martyrum* (Sanctorum) vel *per Angelos ſuſcipientes perſonam Martyrum* (Sanctorum.) Et quanquàm dubitet, utrum hoc vel illo, an utroque, ſcilicet nunc hoc, nunc illo fiant modo, magis tamen in eam inclinat ſententiam, quòd, ut c. 17. loquitur, *iſta* (ſaltem ſœpiùs vel etiam plerumque) *Fiant Dei nutu per Angelicas poteſtates* IN HONOREM, COMMENDATIONEMQUE SANCTORUM *ad utilitatem hominum, illis in ſummâ quiete poſitis, & ad longè meliora viſa vacantibus, ſeorſim à nobis, orantibusq; pro nobis*: Quandoquidem ipſemet, ut *ſer.* 31. & 32. *de diverſis* narrat, dum adhuc viveret, abſens & neſciens *ſæpiùs* talis prorsùs qualis præſens conſpiciebatur, apparuit miſerrimis illis horribili membrorum omnium tremore correptis Paulo & Palladiæ, ſignificans ſuggerensq;, ut Hipponem ad memoriam S. Stephani pro miraculosâ ſui, quæ & facta eſt, curatione ſupplicatum venirent.

De cura pro mortuis c. 16.

Ibid. c. 17.

Eulogio etiam ſuo quondam diſcipulo Carthagine exiſtenti ipſe Mediolani manens obſcurum quendam locum, de quo non intellecto multùm anxiebatur, expoſuit, imò non ipſe, ſed ejus imago neſciente ipſo, & tam longè trans mare aliquid aliud ſive agente ſive ſomniante.

De curâ pro mort. c. XI.

Ibid. 17. *Et Mediolani apud ſanctos Prothaſium & Gervaſium Martyres expreſſo nomine, ſicut defunctorum, quos eodem modo commemorabant, adhuc vivum Dæmones Epiſcopum confitebantur Ambroſium*, ATQUE, UT PARCERET (ſeſe torquere) *obſecrabant illo aliud agente, atque hoc cùm ageretur omninò neſciente.* Ex quibus omnibus fortè non malè concluſerim, quòd non tam ipſimet facti ex mor-

mortalibus immortales Cœlites sui translationem, cultumque & venerationem prætenderint aut prætendant, quàm susceptis Dei nutu eorundem personis Angeli, *in honorem commendationemq; sanctorum, ad utilitatem hominum*, ut loquitur sanctissimus Augustinus.

Porrò quemadmodùm eosdem in scripturis Angelos Dominum Deum representantes & seipsos dicere, & à Patriarchis & Prophetis *Dominum Deum* dici est manifestum; ita mirum non est, quòd personam sanctorum v. g. Gamalielis, Gervasij, Prothasij, Thyrsi, Germani aliorumve representantes eorundem nominibus & seipsos insigniverint, & ab aliis sint insigniti.

Cum *Animadv.* tuæ p. 13. scripseris non esse fas PRECES illas à muliere Bononiensi significatas ad Antonium fundere, & pag. ejusdem 19. *nihil præter id quod jussum est, in preces transisse*: ego verò non possem TE adeò vel iniquum vel ineptum existimare, ut Prosopopœjacam illam brevissimamque imaginis allocutionem PRECES vocitares; non potui non concludere supposuisse te Novenisticas Hannoveræ impressas precum formulas esse quoad omnia à Revelatore Bononiensi fœminæ dictatas, eidem scilicet præcipiendo, quas & quales precum formulas oporteat Antonio pro certâ beneficiorum impetratione admurmurare. Quanquâ nec dixerim, nec omninò putârim te id quasi undique certum credidisse; in cautelam enim (si nimirùm sic forsan preces illæ dictatæ non sint) ita scribis: *si non excesserint precum formulæ modum cultûs à spiritu isthoc constitutum*; quibus tamen ipsis apertè innuis te etiam hîc ceu vero-simile supponere, quòd non excesserint; quemadmodùm per priora jam nunc relata id, quasi certum, omninò visus es asseruisse; ut proindè abominando illo septies repetito *Mendacii* convitio, horrendoque *Malignitatis, Malitiæ, & DOEMONICARUM ARTIUM* improperio nonnisi tibimet maledicentissimæ criminationis ignominiam procurâris.

ad num. 4. 5. 7. 8. & 16.

animadv. p. 18.

p. 129.

Germ. Lipsiæ 1582. in fol.

Recordetur verò benevolus Lector, quòd juxtà Speculum Saxonicum l. 2. art. 16. addit ad Lit. M. *Qui nominat aliquem* (saltem falsò & contrà conscientiam, quemadmodùm Conringius me sœpissimè nominat) MENDACEM, *adinstar* HOMICIDÆ *sit reputandus.* Qualem equidem reputari nolim eundem; tametsi subtilissimus ille Doctor, Communis, ut passim audit, *totius Germaniæ præceptor, doctrinæque prodigium & portentum* potuisset debuissetque *indoctum* aliquem

p. 23. lin. 5. *stolidum* ac *stultum* (qualem me ipse agnoscit) Capucinum

p. 12. lin. x forsitan minùs sensatissima sua sensa assecutum non tot *mendaciorum* convitiis, tantâque opprobriorum fœditate, sed

p. 109. 199. gravitate Doctorali Castigare; Cum non ignoret posse quem falsum dicere & non mentiri, quandò scilicet falsum, quod dicit, verum putat; quod quidem *indoctis, stolidis*, ac *stultis* est perquàm familiare. Ille verò tantum sapientiæ ac eruditionis omnigenæ prodigium tot tamque fœdas enuncians falsitates vix potest non cogitari contrà doctissimam suam mentem iviſſe; Et tamen ei sua hæcce & similia verba non reddo: *Non potes non haberi impudentissimus mendax. Perquàm cynicè, sceleste ac Diabolicè mentiris, &c.*

ad. n. 6. p. 135. in medio.

FALSISSIMUM est 77. & quidem contrà conscientiam tuam, quod ais: *Non dixi* (animadv. p. 17. & 16. §. si hisce) *illā adorationem & invocationem, quæ soli Deo Opt.* MAX. *jure & repasse convenit postulasse spiritum* (sc. Bononiensem, suppositò, quòd mulier illa non sit mentita, & precum formulæ non excedant modum cultûs ab isthoc spiritu constitutum) Nunquid enim §. eodem pag. 16. lin. 6. fel. rec. Episcopum sic alloqueris: *Mirum verò, nî hîc agnoscas ingenium superbum illius spiritûs, qui non dubitavit ipsimet Salvatori nostro dicere: Hæc omnia tibi dabo, sit me adoraveris; Enimverò adorari velle proprium est dæmonum, qui honorem Divinitatis, quem à principio affectantes assequi non potuerunt, decipiendis hominibus aliquo modo obtinere cupiunt.* & p. 17. lin. XI. *Cæterùm*, inquis, *ne quidem simplice aliquâ adoratione videtur fuisse spiritus ille contentus, sed abs sese peti, quæ*

solius

solius præstare sunt Dei, quantum sanè nos docent precum formulæ.

Quanta porrò iniquitas est, quod ubicunque indefinitè locutus fui, me ἁπλῶς sive simpliciter de omnibus locutum velit Hermannus! cum tamen vix ullam ex indefinitis suis locutionem ἁπλῶς accipi velit, sciatque verba indefinita ex antecedentibus & consequentibus esse definienda, atque ipsos etiam terminos hosce (*omnes & universi*) sæpissimè non de omnibus & universis ἁπλῶς & simpliciter sumi, utî ex *Marc.* 1. ℣. 5. & *Luc.* 7. ℣. 30. jam pag. 37. annotavi. Consideratis insuper iis, quæ tam in antecedentibus, quàm in consequentibus dixi, non potuerit non videre locutum me esse duntaxat de fide, quâ fingit apud nos Bononiensem, Birgittinam, & non paucas iisdem similes revelationes credi: Per *Papistas* verò intellexisse me non omnes, multò minùs simpliciter omnes, sed Novenistas, qui utique sunt Papistæ; imò ne Novenistas quidem omnes, sed utentes duntaxat libello Hannoverensi; & tamen abominandis *mendaciorum* convitiis me gratis impetere, se ipsum verò iisdem maculare non erubescit. *ad n. 9. X. XI.*

Cùm ex tuis hisce: *Nihil præter id, quod jussum est, in preces transiit*, non possē non, ut supràp. 89. jam monui, concludere supposuisse te, modo ibidem dicto, Novenisticas *precū formulas* esse quoad omnia à Revelatore Bononiensi dictatas ac præceptas; dixique id falsum esse, postulans, Ut vel unicum earundem precularum apicem ostenderes, qui suasus vel imperatus sit ab isthoc Revelatore, sive quem ille precum formulas dictans & præscribens suaserit jusseritve Antonio recitari. Tu verò licet hoc à me intentum esse non potueris non pro tuâ perspicacitate vel à Cœcutiente videndum videre; tamen pro exactis, quas *Revelator* Bonon. anno 1617 dictârit suaserit, jusseritve Antonio recitari, precum formulis exhibes nobis aliqua ab *Authore* libelli Hannoveræ anno 1675. impressi alibi antè sex septemvê annos concep- *ad n. 13. p. 138.*

ta verba, illa, inquam quæ non aliter, ac si promissio esset omnibus formaliter facta, sonant, quæque non rectè nec conformiter revelationi concepta esse jam tum meus no-
§. XI. tavit Philanthon, cùm revelatio solam concernat fœminam Bonon. Et nihilominus, eò quòd hæc jam *animadv.* tuæ pag. 15. *attulerit*, iniquissimè ferociendo clamas; quòd postulatio mea *superet quamlibet impudentissimam Capucini impudentiam*, imò abominandum *Cynici mendacii* convitium crepare non erubescis; ut proindè nemo non videat te hîc dignissimum esse, cui hæcce encomia redderentur, si eadem vel meritissimo reddere non esset *Viro* (maximè Christiano) indignum. dico tamen

FALSISSIMUM esse 78. quòd c. 9. negaverim, *suasionis alicuius vel apicem* (in preculis) *reperiri*; cùm sit evidentissimum, quòd illas, quas tu affers, preculas extare disertè
Phil. §. XI. confessus sim, & per easdem S. Antonii Novenam invocationem omnibus interpretativè suaderi nec apice negaverim, sed agnoverim perlubenter; tu verò etiam non potueris non promptissimè discernere, quanta sit differentia inter precum formulas à revelatore Bonon. Anno 1617. formaliter dictatas Antonioque recitari *suasas* (quales duntaxat me hîc exegisse non potuisti non videre) & inter preculas recentissimi huius auctoris Antonium, quibuscunq; demùm formulis, invocari *suadentes*, quales tu hîc pro illis cum tantâ convitiorum fœditate exhibere non erubescis.

ad n. 14. Voluisse Revelatorem adorari se & invocari adoratione & invocatione soli DEO debitâ, petique à se, quæ solius præstare est Dei, utique tu *finxisti*; cùm, ut infrà ostendam, falsissimum, imò delirum sit assertum, quòd soli inter
Luc. 16. 9. cœlites DEO possit licitè genu flecti; & clarissimum etiam
Apoc. 4. 5. sit ex scripturâ ac irrefragabilibus Sanctorum, qui ipsimet
de quibus vide Philã. c. 25. §. 3. & 4. viderunt, Patrum testimoniis beneficia cœlestia isthoc, quo in Novenâ ab Antonio rogantur, modo etiam ab Angelis & Sanctis aliis præstari posse, impetrata videlicet, ministerialiter

rialiter aut instrumentaliter ex beneplacito auctoritate, voluntate, imò & jussu omnipotentis Dei. Undè tàm ex mente, quàm ex vero dixi *finxisse* te, contrà apertissimam veritatem.

Falsissimum igitur est 79. me hîc mendacium protulisse.

Cùmque nec cogitaverim quidem asserere, *finxisse* te, quòd certam precum impetrationem promiserit, sed quòd *adoratione Divinâ* sese adorari voluerit Antonius; ab horrendo illo *horrendi mendacii* cõvitio honestiùs abstinuisses: Quandoquidem etiam magni illi partium vestrarum Patriarchæ, 34. videlicet, præter complures alios, Prædicantes aut Ministri, qui notæ contrà Concilium Tridentinum *Protestationi* subscripserunt, num. 24. p. 59. statuant Romano-Catholicos ad Sanctos PLANE UT AD DEUM CONFUGERE; nec potui, nec debui te filium degenerem, qui à tantis Patribus dissentias, existimare; & hinc te cum illis sentire, ac nihilominùs (eò quòd dicas *certam impetrationem à DEO fusarum ad Antonium precum* revelatam, promissamq; esse) tuis illis jam nunc ad n. 14. relatis contradixisse credidi non sinè causâ; tu verò gratis fœdum *mendacii* convitium evibrâsti. *ad n. 15.* *animadv. p. 6.*

Et quoniam te non adeò ineptum credidi, ut cultum præcisè genuflexum soli ex cœlestibus Deo licitè deferri crederes, hinc est, quòd eam, quam tu dixisti, *adorationem* acceperim simul pro invocatione debitâ soli DEO.

Porrò quandoquidem hîc argui te falsitatis non ob *Categoricam* postulatæ ab Antonio invocationis assertionem, sed ab *ejusmodi* sive categoricè sive hypotheticè assertæ invocationis, *quæ soli DEO debeatur*, fictionem; fœdis *mendaciorum* convitiis, non me, sed temet commaculâsti. Vide, quæ dixi hîc suprà ad num. 4. p. 89. *ad n. 16.*

Falsissimum est 80. quòd apud nos *passim terrarum eiusmodi QVÆDAM simulachra sint in singulari cultu & pretio, PROPTEREA, quòd credantur pollere virtute aliquâ miraculifice, imò & facultate* *p. 142.*

cultate cum hominibus loquendi: Nullus enim Catholicorum ita credit, imò omnes oppositum credimus; anathema sit, qui sic credit: Quòdque tu ipsummet Concilium Tridentinum insanæ huius sententiæ suspectum habes, est contrà omnem Christianam & charitatem & rationem iniquitas iniquissima.

Quòd verò Deus in uno sive mobili sive immobili loco magis quàm in alio mira & miracula patret, ex scripturâ & antiquitate certissimum est; *cur* autem id faciat, est omninò incertum.

Falsissimum est 81. *à Tridentinis haud negatum esse nonnullis imaginibus verè inesse Divinitatem aliquam, atq; ab iis proindè fas esse aliquid petere:* hoc enim ab eodem sess. 25. disertè velut *gentilibus* proprium reprobatur.

Ob Capitis 10. Discussionem

Conringius Castigatur.

ad p. 146. 147. 148. 151.

O Miser Hermanne! verè tu *rufo* illi *Draconi* iniquissimo *Fratrum nostrorum accusatori* Apoc. 12. v. 3. & 10. eximium præstitisti servitium, quandò, præter sævissimam complurium turpiumque convitiorum eiaculationem, non tantùm mihi, sed & omnibus Hospitii Hannoverani Capucinis *impium, horrendum, portentosum, nefandum crimen & scelus fortè non minus illo, quod olim Sacerdotes Draconis Babylonii commiserunt,* impingere es conatus eò, quòd, ut fingis, illi probè scientes promissionem Bononiensem ad omnes non pertinere, id tamen contrà conscientiam omni modo dissimulârint, ne in cuius alterius notitiam deveniret, cùm oppositum dicat Novena.

Miser, inquam, Hermanne! Etenim τὸ *permissu Superiorum* Typothetæ nostrates præfigere passim solent etiam eorum auctorum libris, qui alium in hoc casu superiorem non agnoscunt, quàm unum & solum ordinarium vel eiusdem

vices

vices aut locum tenentem; prout etiam ille, de quo agimus, libellus solius Vicarii Apost. permissu hîc est impressus, ipso hospitii nostri Superiore & nesciente, & eiusmodi permissionis ne quidem authoritatem habente, ignorantibus item omnibus & singulis nostris Fratribus excepto illo, qui curavit editionẽ. Quin & ipse tu pag. 3. sic profaris: *fide digniis testimoniis cognovi editionem Novenæ deberi alicui Capucinorum atrâ bile laboranti, qui tamen ibi jam desiisset hospitari.* & p. 4. *accepi*, inquis, *Monachi hoc factum ne suis quidem omni ex parte placuisse.* Ut proindè

Falsum sit 82. Libellum istum *haud dubiè & scientibus, & non repugnantibus reliquis* huius hospitii Fratribus editum esse. p. 146.

Impressum verò, me excepto, nemo illorum omnium in hanc usque horam vel semel integrum perlegit, vel aliquo saltem libramine ponderavit, imò plerique, & ferè omnes, vel vix, vel omninò non viderunt, quibusdam etiam non intelligentibus idioma: Nec ego, nisi tuis & Hannoverani cuiusdam præconis clamoribus fuissẽ adactus, eum unquã perlegissem; quandoquidem nemo nostrûm librorum censor est constitutus vel circa alia Ecclesiæ officia non sat occupatus, ut Germanicis eiusmodi libellis precu∫íve aut libeat, aut liceat inhærere: Quæ omnia dies Domini (ad quem omnium & singulorum Fratrum Hannoverensium nomine contrà tuarum sævitiem criminationum hisce provoco) declarabit.

Cùmq; partium vestrarum Concionatores Hannoverani non de promissione Bononiensi, ultrà quod ea sonat, extensâ, sed tantùm de phrasibus quibusdam litem moverint & Logomachiam, ego verò in aliam quandam Novenam *Lilium Antonianum* dictam Moguntiæ an. 1670 impressam descriptamq; in eâ revelationis Historiam incidens, atque Authorem Novenæ hîc editæ largiùs, quàm debuisset, locutum *casu* deprehendens nullâ coactus necessitate solo veritatis amore candidè & apertè edixerim, quòd Revelatio isthæc non omnes, sed solam concernat fœminam Bononien-

nienſem, eoque ipſo ſatis (quantum quidem ego tenebar, debebamque) Novenæ & Authorem in publico correxerim, & Lectorem informârim.

Hinc nemo non videt, quàm sævâ atrocíque injuriâ me Fratreſque meos impii, horrendi, portentoſi, neſandíq; criminis & ſceleris opprobrio per puras putaſque falſitates conatus ſis maculare, atque adeò non niſi temet coram Deo & hominibus non tui ſimilibus miſerè conſpurcâris.

Verùm enimverò ſepoſitâ vel non attentâ revelatione promiſſioneve Bononienſi nemo Catholicorum à quatuor, & quod excurrit, ſeculis dubitavit unquàm, quin omnibus unà cum Antonio, quemadmodùm *cum* alio quovis Sancto, ad DEUM per Filium eius unigenitum fiducialiter accedentibus idem ſuperbenedictus Deus æquè velit ex *promiſſo* auxiliari, ac illis, qui *ſine* omninò mundis precum ſociis & adjutoribus ad eundem accedunt *ſoli*. Certi etiam ſumus, quòd Antonius & poſſit & velit *omnibus* ſeſe, ut oportet, invocantibus ſive interceſſionaliter apud & per Deum & Chriſtum eius, ſive etiam miniſterialiter aut inſtrumentaliter IN, CUM, & SUB DEO ſciente, volente, prædeſtinante, jubente, imò & operante, aliorum inſtar Sanctorum, opitulari. id quod tàm noſtris hiſce diebus, quàm ſeculis præcedentibus multiplicitet oſtenſum eſt per miracula prorſus indubitata.

Marci XI. *v.* 14.

Et hinc eſt, quòd tàm Capucini de libello iſthoc ad ſe non pertinente legendo, quàm Noveniſtæ de Revelatione in eodem contentâ parùm curârint & curent: Quandoquidem *Omnibus* Antonium, utî oportet, invocantibus auxilii opportuni, etiam non rarò antè completas 9. hebdomadas, præſtandi *promiſſio* jam olim facta eſt, ſi non formalibus & expreſſis verbis, certè Diviniſſimis factis. Quorum, ex innumeris, 84. pleraq; ſub ſolum huius ſeculi medium demonſtrata refert *il Cavalier Pona* in libro, quem vocat: *Il Santo di Padova* an. 1653. tertiâ jam vice Trevigi cum licentiâ

Supe-

Superiorum impreſſo à pag. 120. uſque 208. Et pag. quidem 112. 113. & 114. loco omnium primo narrat originem Novenæ, & illud, de quo Philanthon egit, miraculum circa fœminam Bononienſem eiuſdemque infantem in PP. Min. Conventualium Eccleſiâ deſignatum; alia verò 83. nî fallor, omnia multò etiam citiùs, quàm 9. hebdomadarum ſpatio ſunt impetrata. *c. XI. p. 48. & 49.*

Sed nec ipſe ſimplicior precularum auctor, cuius tandem & nomen & locum reſcivi, ſenſit aut voluit promiſsionem Bononienſem omnibus eſſe factam formaliter, ſed tantùm interpretativè, per maxima nimirum & evidentiſſima Dei beneficia Novenâ hâc devotione à compluribus impetrata in eam ſententiam motus & pertractus.

Et ſanè, cùm (ut ſuprà oſtenſum eſt) Noveniſtæ ad DEUM magis, quàm ad Antonium, imò & eo ipſo, quo Antonium invocant, *Primariò multò magis ac fortiùs* corde ſuo ad DEUM ipſum, quàm ad Antonium, exclament, rectè omnia quæcunque orantes petunt accepturos ſeſe credunt etiam Antonio in precum ſocium vocato & fideliter comprecante. Quanquàm nec ille ſentiat, quòd ſimpliciter omnes mox poſt 9. hebdomadas *illud ipſum*, quod petunt, ſint obtenturi; nec ego diffitear non debuiſſe preces ita componi, ut per revelationem iſthanc Bonon. omnibus eſſe formaliter facta promiſſio videatur. Id quod etiam in publico ſufficienter inſinuans candidè ſolo veritatis amore notificavit, tuasque per hoc criminationes enervavit Philanthon; tametſi notâſſet non committi ab utentibus dicto libello errorem niſi materialem duntaxat, & quidem non circà ſubſtantiam, ſed tantùm circà accidentia, locum ſcilicet, tempus & modum ſæpius jam dictæ promiſſionis. *p. 62. 63.*

Porrò ridiculas de miſerrimæ protritæq; argumentationis tuæ vi ſubſultationes, criminationes atroces, meraſque nugas non dignor reſponſo: Nunquid enim citatum à me Lilium Antonianum, quod apud prænobilem Dominam *ad n. 1. 2.*

de Floramonti nunc Haffniæ commorantem casu videns ab eâdem ad duos tresve dies commodatum habui, anno 1670. Moguntiæ impressum esse notavi? ibidem ergò debebas eundem quærere, nec ridicula hæc scriptitare: *Deberent Capucigeri operam dare, ut copia istius libelli Hannoveræ cuivis veritatis amatori queat esse facilis.* Per certitudinem verò absolutam hîc non aliam, quàm certitudinem fidei Catholicæ intellexi. Quòd autem tàm stolida sit Italia, ut narrationem non probatam & ex eâdem Novenam ipsa *mox* receperit universa, credat, si velit, tantâ natione prudentior Hermannus, nec ampliùs circà Episcopi Bononiensis, cui non fidet, approbationem vexetur; sciatq; Novenam jam 8. antè priorem Urbani VIII. constitutionem annis in usu fuisse; Episcopos etiam & sacram inquisitionem, ne devotiones eiusmodi non probatæ instituantur, vel libri easdem cum origine suâ describentes temerè evulgentur, satis advigilare; miracula denique per Antonii patrocinium obtenta esse & obtineri quodammodò infinita.

Prout anno 1645. Livius Filius excellentissimi Domini Zachariæ Pontini d'Asolâ Trevisanâ Advocati Veneti inter S. Angeli & S. Stephani prolapsus in canalem duabus horis sub aqua delituit, donec nimirùm ipse prolapsi parens eiulatu cuiusdam fœminæ excîtus accurrit; & quanquàm nihil minus, quàm suum Livium, cogitaret, humano tamen affectu ductus per deargentatas preces hominem diu conquisitum invênit, qui sese exposuit, submersumq; pedibus per aquam palpans perquisivit, Zachariâ interim miseri vitam S. Antonii patrocinio quàm fidelissimè commendante. Et ecce! invenitur, ac per capillos extrahitur præter expectationem ipse eiusdem decennis Livius non modò vivus, sed & sanus incolumisque. Undè beneficium cœleste recognoscens gratus Parens, Deo & Antonio gratias acturus Patavium excurrit, ibique tabulam hisce inscriptam appendit:

Viator

Viator aſpice magnum portentum;
nec mirêre:
Adſunt ſimilia ſæpè, & frequentia, at
Venerâre.
Veneti maris unda incautum Livium
Decennem rapuit inſcio
Patre
Alienum, non filium, conquirentè.
Bis horæ ſpatio tectum
pietas ſervatum voluit.
Cur dubii?
Ignis, mare, ferrum, cætera occurrentia mala
Omnia Sancto cedunt.
Zaccharias Pontinus Pater
Tanti muneris memor
Tanto Sancto poſuit
1645. Calendis Auguſti.

Refert il Cavalier Pona lib. cit. p. 155. 156. 157.

Anno item 1650. in oppido quodam Subaudiæ Dioceſiſque Aſtenſis Gambetta dicto Illuſtriſsimus D. Marc. Antonius Gambetta, Sereniſs. Subaudiæ Ducis Conſiliarius, primarius auditor Cameræ, ac loci eiuſdem Dominus ſub finem menſis Martii per multos operarios ſub grandi quâdam ripâ ſodi curavit, quam cum adſtantes obſervarent ruinam

nam minari, fugam celerem omnibus acclamârunt; Undè cæteris elapſis, unus oppreſſus eſt nomine Joannes Baptiſta Bertochius de villâ Francâ; loci verò Parochus cum DD. Gambettâ ac Franciſco Comite de Baldichieri, aliiſque, qui ſucceſſum viſuri accurrerant, genuflexi DEUM precati ſunt, ut oppreſſo ſaltē ſalutaria JESU & MARIÆ nomina invocandi gratia concederetur; cùmq; eidem tanta terræ moles incūberet, ut, quâ parte perquirendus eſſet, ignoraretur, poſt longi temporis ſpatium amotâ ligonibus terrâ inventus eſt mortuus. Aſt poſtquàm dictus jam Parochus Gio. Giacome Homedeo precibus abſolutis porrectum à D. Gambettâ pannum ſericum imaginibus Chriſti Domini, Virginis Matris, & S. Antonii inſignitum ſuper mortui cadaver in crucis figuram ductum eiuſdem ori appoſuit, ſubitò per virtutem Dei, ſanctiſsimæque Virginis ac ſancti Antonii interceſsionem reviviſcens mortuus mox JESU & MARIÆ nomina invocavit, ſanusq; & ſalvus deinceps vixit.

Quæ res, ſuſceptâ per Notarium publicum Franceſchino Strata Podeſtà de villâ Francâ juratâ complurium teſtiū fide anno 1650. 20. Julii inſtrumento authentico eſt confirmata. Vid. lib. cit. p. 201. & ſeqq.

Anno 1645. menſe ſept. cùm puer decennis Antonius de S. Zenone Diœceſis Breſcianæ in campo à tribus Viperis percuſſus jamque in faucibus mortis exiſtens à Patre ſancto
Deut. 32. Antonio devoveretur, *Venenum aſpidum inſanabile* à Sancto ſa-
v. 33. natum fuit. Vid. ib. p. 190.

ad. n. 3. Quòd Altaria omnia, quæ dicuntur Sanctorum, Deo ad nomen & memoriam eorundem conſecrentur, meus c. 26.
p. 452. probavit Philanthon, quem vide, & de iniquo *mendacii* con-
453.454. vitio, ſi potes, erubeſce. Porrò

FALSISSIMUM eſt 83. quòd in Romanenſi Eccleſiâ Altaria quædam nominibus Sanctorum denominentur, *quia in altaribus iſtis offeruntur Sanctis preces*: Etenim ex Sanctis omnibus Eccleſia, quantùm quidem ego Miſſale perluſtrans nunc obſer-

observavi, nonnisi Deiparam Virginem, B. Michaëlem Archang. SS. Apostolos Petrum & Paulum ac D. Joachim in Missâ, quæ de ipsis est, per Sacerdotem ad Altare stantem invocat uno duntaxat alterove verbulo extrà Canonem in Graduali; quibus Ordo Minorum addit Sanctos Franciscum, Antonium, Ludovicum, & Petrum de Alcantara: Sed *ideò* vel unicum in mundo Altare erectum esse tam falsum est, quàm quod falsissimum; cum Graduale ad sacrificium adeò non pertineat, ut in Missâ Pontificali legatur à celebrante procul Altari in faldistorio residente. Et ne quidem in trigesimâ quâq; Missâ, in altaribus, quæ dicuntur v. gr. Francisci, vel Antonii, celebratâ, ipsi Franciscus Antoniusve sic invocentur à celebrante: Sacrificium verò ipsum offertur nonnisi DEO, quamvis subindè in Sanctorum memoriam ac gratiarum pro ipsis actionem.

FALSISSIMUM est 84. quòd preces Sanctis oblatæ *verè sint Sacrificia & Victimæ labiorum*: cùm enim illæ, ut notavit Philanthon, ne quidem Orationis propriè dictæ rationem habeant, quomodò veri Sacrificii causam habebunt? quo utiq; semper sive id propriè, sive impropriè dictum sit, supremum, absolutum, ac merè arbitrarium eius, cui offertur, in nos ac nostra dominium profitemur; quod quidem de Sanctis esset nefas vel somniare. *Sanctos non oramus*, inquit Alexander de Ales, *nisi quia sicut mediatores Domini, non ut sicut illum, à quo habemus, quidquid boni habemus,* IDEÒ SOLUS DEUS SIMPLICITER EST ORANDUS *tanquàm finaliter, à quo est omne bonum; Sancti autem* NON SIMPLICITER, *sed potiùs tanquàm Mediatores, per quos impetramus; & ideò magis tenent se* EX PARTE ORANTIUM, QUASI COADJUVANTES, QUAM ILLIUS, QUI ORATUR. *p.* 409. 427. *4. part. qu.* 92. *mëbr.* 1 *art.* 4.

Doceatur populus, inquit Concil. Provinc. Camerac. *alium esse cultum, quo Deus ac Mediator Dei ac hominum Christus* JESUS *colitur, alium quo Sanctos piè venerari debemus; colimus enim* DEUM, *cùm agnoscimus Creatorem, Conservatorem, bonorum Largitorem, quem expectamus Judicem, cui uni reddere rationem vitæ anteactæ debeamus,* *Anni* 1565. *art.* 19. *§.* 2.

mus, qui solus perdere, solus salvare possit, CUI SOLI SACRIFICIUM OFFERATUR, CORDIS AC LABIORUM, *ac SS. Eucharistiæ corporis & Sanguinis Domini: Quo genere cultus nec Angelorum ullum, nec Divorum, nec Virginem Deiparam colere licet.*

Et quamvis Divos rectè colamus, vocemusq; Advocatos & intercessores, non eo tamen ordine atq; loco, quo Christus homo advocatus Mediatorq; esse dicitur &c.

Videat verò & legat Hermannus, quidnam in ipsa de S. Antonio Missâ agatur, videbitque eidem nec sacrificari, nec omninò Altare (quod nonnisi ob sacrificium erigitur) erectum esse, desinatque tandem ex sculptorum, Pictorum Poëtarumve sive ineptiis sive licentiis tàm frivolè cavillari.

ad n. 4. Pessimè verò loqueris bone vir, cùm hîc & alibi sœpiùs hisce æquipollentia dicis: *Ego Dionysium plurimorum, innumerorum & infinitorum penè mendaciorum* CONVICI; quandoquidem vel infimus Grammaticorum mea hæcce cum tuis conferens non potest non enormissimi te vitii hîc notare, ac videre, quòd ita TU scribere debuisses: *Ego Dionysium infinitis penè mendaciis iniquissimè sum* CONVICIATUS. Nec enim ullius me mendacii Tu vel conviciste, vel convinces antequàm *convincere* sit idem, quod conviciari. Cæterùm atrocissimæ huius numeri criminationes jam suprà sunt protritæ. pag. 94. 95. 96.

ad n. 5. Narrationibus libelli hîc excusi te fidem adhibuisse, vel hypotheticè locutum non esse, ego nec cogitavi, nec verbulo affirmavi: Cùm verò non temerè crederem Revelationem Bononiensem esse non fictam, sed verè factam, & ex eâdem S. Antonii Novenam promanâsse, ageremq; hîc nõ qualiter ea per editas Hannoveræ preculas à quàmpaucis demurmuratur, sed ut ab anno 1617. per Europam agitur; hinc illud duntaxat hîc, ut patet, volui; quòd cum ignota tibi revelationis istius historia in precularum libello non referatur; debuisses de eâdem alibi certius nonnihil inquirere ac videre; an scilicet vel precularum auctor ineptiùs

eptiùs & largiùs, quàm fert hiſtoria, ſit locutus, vel precum formulæ ſint (de quo dubitabas) modo cultûs à ſpiritu iſthoc ſtaturo adæquatæ; ne forſan, & ea, quæ paſsim agitur, Novena vel mendacio mulieris Bonon. precularumve auctoris, vel nefando Dœmonis ludibrio temerè accepta referretur.

Quo quid poteram æquiùs in te deſiderare? & tamen crudeliſsimum *enormiſsimæ* imò *extremæ ac furioſæ malitiæ pariter atq; impudentiæ* opprobrium, in me non dubitas ejaculari, eò quòd perſtrinxerim te, quia de revelatione Antonianâ aliter verba feciſti, quàm refert Lilium Antonianum. Quid enim? an non, priuſquàm in certum Noveniſtarum, quaſi mendaciis Dœmonumve fraudibus, ſaltem mediatè, ludificatorum, præjudicium literas typo publico ad p. mem Epiſcopum dares, debebas, ac facillimè poteras vel ad eundem D. Epiſcopum, vel ad alium aliquem tibi notum inter noſtrates ſagaciorem ſcribere, atque ita dictam Hiſtoriam, ſive ex iſthoc Lilio, ſive ex aliis antiquioribus approbatiſq; libris reſcire, ac videre, preculas illas ab imprudentiore quodam eſſe ineptiùs conſarcinatas ac *figuratas*, non verò à Bononienſi revelatore præſcriptas; id quod etiam abſque eo debebas potiùs omninò ſupponere, quàm (quò Dœmonis alicuius larvam in ſcenam ferres) tot hypotheticas illationes labore fruſtraneo fabricare, eaſdemq; operoſiùs confirmare: Etenim cùm ſic loquebaris: *SI non exceſſerint precum formulæ modum cultûs à ſpiritu iſthoc conſtitutum; SI ita* (ineptioribus illis, figuratis tamen, imaginis allocutionibus) *voluit etiam imaginem ſuam adorari & invocari Antonianus iſte ſpiritus.* Cùm, inquam, ſic loquebaris, omninò nulla apparebat vel veri ſimilitudo, quaſi illas imaginis ſuæ allocutiones ſpiritus iſte prætendiſſet, vel precum formulas ipſemet ordinâſſet, præſcripſiſſet, atque *juſſiſſet*.

p. 152. 153.

Affirmativæ tuæ, quibus hîc ceu invictum te oſtentas Heroëm, mihi non (ut tu credis) *bilem*, ſed ſplenem omninò movent; cùm nitantur putido, falſiſsimoque hoc fundamento:

ad p. 124.

damento: Quòd nimirùm genuflexio cœlitum nulli præterquàm soli DEO licitè deferatur. Cuius quidem falsitas mox demonstrabitur, cum nimirùm prætensæ Demonstrationis tuæ futilitas explodetur. Vide interim, quæ dixi pag. 85.86.87. & miseri istius hîc à te cum ferociâ repetiti, ibi verò jam tum à me enervati, uti & illius, quem pag. 159. audaculè formas, syllogismi tui imposterùm miserere.

ad n. 7.

Ego interim, cùm jam abundantia Contingicæ tàm deviationis, quàm in me Fratresque meos iniquitatis specimina exhibuerim, deinceps infrunitis ejusdem loquacitatibus & cavillis, criminationibus & convitiis, respondere dedignor, plurimaque, quæ jam dudum homini castigando præparata sunt, instrumenta quasi de-sub prælo retrahens, cum robustissimâ illâ toties jactatâ ac prorsùs formidabili *de adorando* UNO *DEO Demonstratione* (quâ genuflexam Sanctorum venerationem damnans non jam Antonianismum duntaxat, sed ipsum adeò communionis nostræ universum orbem horrendùm terret) congredi festino; quandoquidem qui primipilares ac Triarias Hermanni copias à me viderit supplantatas, non dubitabit, & reliquum ejusdem vulgum in manu meâ miserrimè concluſum esse.

ad p. 169. *n.* 15.

Quoniam verò non pauciores, quàm centum hominis falsitates exhibiturum me jam tum in præfatione recepi, id omninò præstabo, cùm prius monuero; Quòd qui dicunt non debere peti à Sanctis, nisi ut orent pro nobis, eisdem abnegent nonnisi summam, absolutam, independentem, auctoralem, auctoritativam, herilem, ac *prorsus arbitrariam*, non verò ministerialem & quodammodò instrumentalem duntaxat dationem, eiusdēq; petitionem; Hanc cùm Sanctis asserimus, beneficia tamen omnia ac singula nobis ab ipsomet DEO exhiberi agnoscimus, adeò ut ipse in Sanctis DEUS invocetur, ipse in iisdem exaudiat, ipse jubeat, ipse in eis, ac per eos det, operetur, & faciat ea omnia, quæ circà ejusmodi Invocatores sive beneficia sive miracula designantur,

tur, ac proinde ipse Deus primariò & principaliter invocetur cùm in seipso solus, tùm etiam eo ipso, quo eiusdem Sanctos invocamus, ipsique ceu summo, auctorali, auctoritativo ac prorsùs arbitrario sive datori beneficiorum, sive miraculorum patratori primariò gratiæ ab omnibus & agendæ sint, & agantur; Sanctis verò, quemadmodùm illi subinde rogantur, quatenùs ceu administri, Deiq; in eis ac per eos operantis cooperatores, secundùm gratiam ab eodem sive jam impetratam sive adhuc impetrandam juvent & opitulentur; ita etiam secundariæ ac subalternæ gratiarum actiones sint persolvendæ: ipsi enim *regnant super terram*, non quidem ut omninò arbitrarii rerum Domini ac dispositores, sed ut omnium, suiq; ipsorum Dominatoris fidelissimi ac potentissimi administri, quibus facere non lubet, nisi quod Deus ipsorum ac Dominus *jubet*. *Apoc. 5. v. 10. c. 20 v. 4. 6.*

Ita sentit & facit Ecclesia Romana; ita sensit ac fecit Ecclesia Primitiva. Vid. D. Thom. 1. p. qu. 110. art. 4. ad 1. & 2. 2. qu. 178. art. 1. ad. 1. & 3. contra Gentes c. 103.

Sanè sanctissimus ille Ephrem, *cuius vitæ atq; doctrinæ splendor universo terrarum illuxit orbi*, ut S. Greg. Nyss. in orat. de ipso non procul initio loquitur; ille inquam, sub quarti seculi medium, de Sanctis Martyribus ita fatur: *Mortui tanquam Vivi operantur, ægrotos sanant, Dæmones, omnemq; tyrannidis ipsorum nequitiam virtute Christi in fugam agunt.* *serm. in SS Christi MM. pag. 740. Colō. 1603.*

Idem ser. 3. in laud. omnium SS. MM. *Nunc ergo*, inquit, *ô Beatissimi Viri, & glorioſi Martyres DEI, me miserum peccatorem vestris precibus adjuvate, ut in horâ illâ tremendâ misericordiam consequar... sacras certaminis vestri reliquias circumstant (filii ac fratres fidei vestræ) benedici optantes, secumq; referre sancta animæ & corporis remedia desiderantes.* OMNIBUS IGITUR BENEDICTIONEM IMPERTIAMINI, *ut boni discipuli fidelesq; Ministri benignissimi* DOMINI *ac Salvatoris nostri &c.* *sub fin. p. 747. C.*

Idem ser. de laudib. B. M. V. *Tu*, inquit, *peccatorum & auxilio destitutorum unica Advocata es & adjutrix: Tu portus naufra-* *p. 706. A.*

gantium tutissimus: Tu mundi solatium: Tu orphanorum susceptio: Tu captivorum redemptio atq; liberatio: Tu ægrotorum exultatio, mæstorumq; consolatio & OMNIUM SALUS... Sub tuum præsidium confugimus ô S. Dei-Genitrix; sub alis tuæ pietatis atq; misericordiæ tuæ protege & custodi nos: Miserere nostri, qui sordibus peccatorum conspurcati sumus &c. Vide ibid & in subjunctâ ad S. Dei genitricem oratione, utî & in Threnis B. V. in fine plurima eiusdem notæ; sed antequam Virum sanctissimum calumnieris, lege omnia, & videbis, quòd Dei ac Christi eius honorem, his & huiusmodi non obstantibus, illibatissimum servet.

p. 708. p. 698. D.

S. Basilius Magnus orat. in 40. Martyres. *Hi sunt,* inquit, *qui nostram obtinentes regionem quasi quædam turres contrà adversariorum incursum* REFUGIUM *exhibent: Qui aliqâ premitur angustiâ,* AD HOS CONFUGIT; *qui rursus lætatur, ad hos recurrit, hic ut à malis liberetur, ille ut duret in rebus lætis: Hîc mulier orans pro filiis auditur; peregrinanti filio reditum incolumem, ægrotanti verò salutem implorat.*

NB.

To. 1. par. 1630. p. 286.

Greg. Naz. orat. in S. Cyprianum in fine. *At tu nos è cælo benignus aspicias, sermonesq; nostros & vitam gubernes, sacrumq; hunc gregem pascere adjuves.*

S. Greg. Nyss. orat. in S. Ephrem sub fin. *Hanc verò laudandi provinciam alacriùs suscepimus tùm variis aliis adducti rationibus, præter vitæ doctrinæq; famam toto terrarum orbe celeberrimam, tùm curâ illâ, quam in homine eiusdem nominis* LIBERANDO *adhibuisti; ille siquidem nos ad subeundum hoc onus impulit, qui à posteris Ismaël in bello captus, & longiùs à patriâ diu commoratus cum jam ad eam redire desideraret, viamq; commodam ignoraret, singulari ope tuâ aptam ad salutem rationem invênit, &, quod diu concupiverat, adeptus est... Cùm enim in maximum vitæ discrimen adductus esset (quòd omnes viæ barbarorum intercluse copiis tenerentur) te nomine duntaxat invocavit dicens:* S. EPHREM SUCCURRE MIHI; *sicq; tutò periculorum laqueos evasit, ac mortem neglexit, inopinatamq; consecutus salutem patriæ,* TUO MUNITUS PRÆSIDIO, *præter spem est restitutus.*

S. Chry-

S. Chrysost. hom. 66. ad pop. Ant. *Scenarum fabrum & piscatorem etiam mortuos,* UT PROTECTORES ORAT, *qui diademate redimitus incedit.* Vid. & hom. 40. in Juventium & Maximum Martyres sub fin. Hom. 70. in Martyres Ægyptios sub init. Hom. 51. de SS. Bernice & Prosdoce sub fin. Hom. 26. in 2. Cor. 12. &c. *To. 5. Bas. 1558. Col. 428. B.*

S. Hilarius in illud psalmi 124. Montes in circuitu eius. *Sed neq; desunt stare volantibus* SANCTORUM CUSTODIÆ, *neq; Angelorum munitiones.*

S. Hieron. hisce aggreditur Vigilantium: *Sed responde, quomodò in vilissimo pulvere* (SS. Martyrum) *& favillâ, nescio, quâ tanta sit signorum* VIRTUTUM *q; præsentia? sentio, sentio infelicissimemortalium, quid doleas, quid timeas; spiritus iste immundus, qui hæc te cogit scribere, sæpè hoc vilissimo tortus est pulvere, imò hodieq; torquetur; & qui in te plagas dissimulat, in aliis confitetur: Nisi fortè in morem gentilium impiorumq; Porphyrii & Eunomii has præstigias Dæmonum esse confingas, & non verè clamare Dæmones, sed sua simulare tormenta.* Quis verò perlecto isthoc Sanctiss. Patris libello non videat eũ non aliud hîc velle, quàm quòd ipsi Cœlites ad reliquias suas Dœmones multùm tortos ex hominibus sibi supplicantibns ejiciant, atque adeò hæc & huiusmodi beneficia ibidem rectè supplicationibus exquirantur? *L. adv. Vigilant. To. 2. Par. 1578. Col. 163.*

S. Ambrosius serm. 6. de Sanctis ita loquitur; *Et in corpore nos viventes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt ... Videmus eos utiq; jam* REGNARE: *Cernimus enim ab iis frequenter obsessos immundissimis Dæmonibus homines liberari... Hæc & alia potiora mirabilia* PER SANCTOS FIERI OMNIBUS NOTUM EST; *& ideò, Fratres, veneremur eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro.* *Tom. 5 Par. 1603. Col. 135.*

S. Gaudentius Brixinensis. DEO, inquit de Sanctis, *semper vivere operationum suarum virtutibus demonstrantur.* ibid. in fin. *Dignum est, ut ad tantorum Martyrum venerandas reliquias proceßuri ad concilium Sanctorum nos procedere fateamur: Tot igitur Justorum patrocinio adjuvandi totâ fide omniq; desiderio* SUPPLICES SE- *Tract. de Dedic. Basilicæ. 40. Mart.*

CUNDUM EORUM VESTIGIA CURRAMUS, *ut ipsis intercedentibus, universa, quæ poscimus, adipisci mereamur, magnificantes* CHRISTUM DOMINUM *tanti muneris Largitorem; Cui omnis, virtus & gloria.*

To.5.l.22. de civ. Dei c. X. S. Augustinus. *Faciunt autem ista* (miracula) *Martyres, vel potiùs* DEUS *vel orantibus aut* COOPERANTIBUS EIS; *ut fides illa proficiat, quâ eos non Deos esse nostros, sed* UNUM DEUM *habere nobiscum credimus.*

To.X.Paris 1641. Idem ser. 127. de diversis. *Beneficia eius* (S. Laurentii) *Romæ tam clara sunt, ut numerari omninò non possint.* p. 614. col. 1. C.

Idem ser. 39. de div. sub fin. *Lectus est quidam libellus, ubi ægrota, quæ doloribus acerrimis torquebatur, cùm dixisset, ferre non possum, ait illi ipse Martyr,* QUI CURARE VENERAT: *Quidsi Martyrium duceres?* p. 496. col. 2. A. B.

p. 524. sol. 2. A. Idem serm. 51. de diverſ. non longè à fine *Latuit tanto tempore corpus eius* (S. Stephani) *processit, quando Deus voluit; illuminavit terras; tanta miracula fecit; mortuus vivos facit mortuos, quia nec mortuus.*

p. 409. sol. 1. D. Idem serm. 13. de diverſ. qui est 2. de S. Vincentio. *Hunc ergò amplius propria venerentur, quem etiam peregrini mirantur,* QUATENUS *eis se largiorem exhibeat* IN BENEFICIIS, *quibus se amabiliorem* COGNOSCET *in gaudiis.*

Vide etiam suprà p. 84. 85. ubi factum à quâdam muliere pro infante mortuo ad S. Stephanum refert & probat supplicationem:

Aurelius Prudentius libro περὶ στεφάνων hymno 1. de SS. Hemiterio & Chelidonio, Calaguritanis.

ILlitas cruore Sancto
Nunc arenas incolæ
Confrequentant obsecrantes
Voce, votis, munere.
Exteri nec non & orbis
Huc colonus advenit;
Fama nam terras in omnes
Præcucurrit proditrix.

Heic

Heic patronos esse mundi,
Quos precantes ambiant.
Nemo puras heic rogando
Frustrà congessit preces.
Lætus hinc tersis revertit
Supplicator fletibus,
Omne quod justum poposcit,
Impetratum sentiens.

S. Paulinus. natali 3. S. Felicis.

Nam sibi Felicem cæcis incumbere pœnis
Pestiferi proceres tristi clamore fatentur.

Et Natali 7. ---- *Corporis omne caduci*
Pellere tormentum potes alto nomine Christi,
Omnipotente potens Deo.

Et Natali 8.

Sancte, Deo dilecte, Dei tu dextera Felix;
Esto, precor, nobis tu munitissima turris.

Hæc & alia, quæ apud 12. hosce præstantissimos seculi quarti viros (tametsi eorum aliqui & quintum sint ingressi) leguntur plurima, manifestè ostendunt acerbum illum, quem ex Romanis precum formulis concepisti dolorem, nō nisi Pharisaicum esse; maximè cùm juxtà scripturam Sanctorum animæ & (a) super terram regnent, & (b) bonos in tabernacula æterna recipiant, ac per consequens non minùs quàm Angeli hominibus etiam (c) *gratiam & pacem* suo modo valeant exhibere. De quibus videatur Philanthon c. 25. §. 3. & 4. à p. 191. p. 170. (a) Apoc. c. 5. ℣. 10. c. 20. ℣. 4. & 6. (b) Luc. 16. ℣. 9. (c) Apoc. 1. ℣. 4. 5.

Falsum proinde 85. est & à te contrà conscientiam dictum; *quòd primi Sanctorum Invocatores illos limites* (intra quos non petitur à Sanctis nisi ut orent pro nobis) non excesserint: Cùm enim integro seculi tertii decursu Sanctorum Invocationem in usu fuisse disertè (tametsi falsissimè) neges; non potuisti non hosce, quos ego nunc retuli tuq; procul dubio perlegisti, Patres, primos Sanctorum Invocatores,

res, de quorum invocandi modo quid constet, habere; præ-
Adv. Latin relig. cult. obi, sertim cùm toties à te laudatus Dallæus operis sui, quod tu incomparabile vocas, l. 3. c. 16. hæcce scribat: *Temporibus quarti seculi* PRÆCIPITIS & SEQVENTIUM *ea labes* (SS. Invocatio) *Christianismum inficere* COEPIT: *Occurrunt enim illic primò duo tresve, qui vento rhetorico subvecti Sanctos alloqui . . . suaq; apud eos vota exponere audebant.* ita ille vento turbinis actus & rotatus.

Interim ad propositum nostrum cuilibet non insolenter insano ex scripturâ & SS. Patribus abundè patet; quòd, sive Deus hominibus per ipsosmet Sanctos suo jussu *operantes* auxilia & beneficia præstet, sive Sancti hominibus per Deũ purissimâ duntaxat prece in eorumdem desideria flexum opitulentur; Rectè beneficia & auxilia petamus ab iisdem Sanctis; quia, ut docet Aristoteles, quod per amicos possumus, ipsi aliqualiter possumus; Et quod quis per alium sive jussum, sive rogatum fecit, id ipse fecisse censetur.

l. x. de civ. Dei, c. 12. Falsum est 86. me improbo facinore mutilasse illa S. Augustini verba: *Cùm exaudiunt Angeli eius, ipse* (Deus) *in eis exaudit, tanquàm in vero nec manufacto templo suo, sicut in omnibus Sanctis suis:* Patet enim eundem ipsum, quem ego indicavi, ad p. 175. num. 17. sensum omninò manere, sive præfigantur sive omittantur illa: *Nec aliter invocantes exaudit, quàm invocaturos videt: Nam &* ut suprà.

Falsum est 87. me eadem S. Augustini verba de Sanctis cœlitibus interpretando corrupisse: agitur enim ibi manifestissimè de Sanctis *exaudientibus* ac, per consequens, *invocatis*, qui quidem *æternâ Dei lege* CONSPECTA *temporaliter* eiusdem, cùm exaudiunt, jussa faciunt; Quam profectò legem, quoad miracula (de quibus ibidem agitur) hîc & nunc facienda non conspiciunt nisi Sancti, *qui eius Veritate incommutabili perfruuntur immortaliter Beati.* ibid. c. 15.

c. 12. Falsum est 88. ita hodie loco jam nunc citato legi: *SENTIT in omnibus Sanctis eius* &c. Legitur enim in omnibus omninò editionibus non *sentit*, sed *sicut*; tametsi exemplaria recen-

recentiora in mox sequentibus sint mendosa, eò quòd transcriptoris alicuius aut typothetæ vel imperitiâ, vel incuriâ conjunctio hæc copulativa *que τῷ eius* subjungenda uniendaque ab eodem fuerit disjuncta; adeò ut *ly que* crederetur esse non copulativum, sed relativum, quandoquidem tàm hoc quam illud per simplicem vocalem *e* non verò per diphtongum *æ* seculis proximè superioribus ut plurimùm exprimebatur: Et hinc est, quòd *ly suis* cum omnimodâ sensûs corruptione à plerisque recentioribus sit omissum; Retinent verò id, tametsi nonnihil disjunctum, 7. quas ego vidi, editiones antiquiores, videlicet Moguntina 1473. Basileensis annorum 1479. 1489. 1498. 1505. 1515. & Friburgica anni 1494.

Omnium verò antiquarum impressionum emendatissima ac nitidissima est illa, quæ Venetiis anno 1470. est curata, cuius exemplar Hannoveræ in serenissimi Principis ac Domini D. JOANNIS FRIDERICI Ducis Brunsw: & Luneb: Domini nostri clementissimi Bibliothecâ servatur, habetq; summaria capitum intermedia omnia manu ac rubro charactere scripta; ubi sine mendis clarissimùs textus ita sonat:

Nam & cum exaudiunt Angeli eius: ipse in eis exaudit tanquam in vero nec manufacto templo suo: sicut in omnibus Sanctis suis. eiusq; temporaliter fiunt jussa: æterna eius lege conspecta. l. x. de Civ. Dei, c. 12.

His ergo & Augustini textus stet restitutus, & Conringius improbi facinoris & quidem duplicis sit convictus; quod quidem commisit, tùm me ipsa S. Augustini verba in vero ac genuino eorundem sensu referentem facinoris improbi condemnando, tùm eadem contra omnium exemplarium fidem falsando, cum *ly sentit* pro *τῷ sicut* ponere non dubitavit.

FALSUM est 89. Quòd ultimis demùm seculis nimirùm intra annos 400. circiter omnis imaginũ adoratio primùm pervenerit in Germaniam: Oppositum enim tibi tanto historiarum oraculo vix non potuit non videri; quippe qui non

ad c. 12. discuss. 1. à p. 193. usq; 199.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [115] - 111
PUBLIC DOMAIN

non ignoras esse à Gregorio III. in Romano 93. Episcop. Concilio *Venerationem SS. Imaginum confirmatam, earumq; Violatores generali sententiâ anathematizatos anno* 733. quo & S. Bonifacius Germaniæ nostræ non tantùm Primas sed etiam Apostolus cum multis spectabilium Francorum, Bavarorum & Anglorum Romam venit, ac procul omni dubio concilio illi & interfuit & subscripsit & secundùm eiusdem decreta populos sibi concreditos erudivit.

Sigeb. in Chron. Spangenb. in Bonifacio c. 22. Schmalek. 1603. in 4.

Adhæc in Concilio Germanico anno 740. Augustæ ad Lecham Bonifacio præside celebrato Episcopi huius inclytæ Nationis, Romani illius Concilii decreta utique non ignorantes, sese in omnibus cum Ecclesiâ Romanâ sentire apertissimè sunt professi. *Decrevimus autem in nostro Synodali Conventu* (inquit ipse S. Bonifacius ep. 42. quam ad Cuthbertum an. 740. indict 8. dedit) *& confessi sumus fidem Catholicam & unitatem & subjectionem Rom. Ecclesiæ sine tenùs vitæ nostræ velle servare*; S. PETRO & VICARIO EJUS VELLE SUBJICI. *Synodum per omnes annos congregare; Metropolitanos pallia ab illâ sede quærere; &* PER OMNIA *Præcepta S. Petri canonicè sequi desiderare; ut inter oves sibi commendatas numeremur. Et isti confessioni universi consensimus & subscripsimus, & ad corpus S. Petri Principis Apostolorum direximus: Quod gratulando Clerus Romanus & Pontifex suscepit.*

apud Letzenerũ in hist. S. Bonif. Erffurd 1603. in 4.

Præterea Spangenbergius vester scribit: Quòd Albertus, Clemens, Sidonius, Vigilius & Samson circa an. 745. improbaverint, publicisq; scriptis impugnaverint consuetudines quasdam & doctrinas (perversè tamẽ tam à Spangenbergio quàm ab hominibus illis relatas) per Bonifacium, recenter, ùt somniat, introductas; inter quas 2. loco ponit *cultũ imaginum* & reliquiarum. Sed en tibi ipsamet perversa hominis verba: Zum andern (widersprachen sie Bonifacio) daß er einen solchen ungewöhnlichen und in der H. Schrifft ungegründeten Götzendienst mit Verehrung der Bilder und der Heiligen Gebeine / von denen man doch ungewiß / wes sie gewesen / eingeführet / ꝛc.

in Bonif. c. 45.

Hos

Hos verò contradictores scribit idem esse à celebratâ in causâ ipsorum synodo condemnatos, ab officio sacerdotali depositos, & à magistratu incarceratos, ac postea ab OMNIBUS *fermè scriptoribus Hæreticos, Hypocritas, Pestes, omnisq; pietatis hostes proclamatos.* Clementem verò & Albertum à Pipino Rege punitos esse; & hunc quidem Fuldæ in carcere contabescentem periisse, illius autem supplicium sese ignorare. *c.* 45. & 46. NB. *c.* 48.

Sacrarum ergò imaginum cultus fuit jam tum ante seculi octavi medium in Germaniâ nostrâ sub ejusdem conversionis initium non tantùm privato quorundam sensu, sed usu, judicio & sententiâ ipsius Ecclesiæ comprobata.

Porrò concilium Francofurti anno 794. celebratum tria in imaginum causâ fecit: Nimirum [1.] damnavit errorem Iconoclastarum, ipsas imagines sacras è templis penitùs abjicientem. Ita testatur Dungalus in libro Responsionum adversus Claudium Taurinensem, quem Ludovico Pio Imperatori, eiusque filio Lothario Augusto dedicavit; In cuius prologo ita fatur: *Cùm enim Dominus Beatissimæ memoriæ Carolus, Catholicæ fidei tutor & propugnator, nequissimæ caput viperæ in Magistro huius erroris Felice contra sibilantis unitatem Ecclesiæ, Apostolicæ auctoritatis prævalidâ ferreâq; confregerit virgâ; rectum quidem est, quod ab eius benedictâ generatione supra dictæ caudæ bestiæ diro cuncta suo conficiens nidore, eodem contundatur hastili.*

Jonas Aurelianensis sub init. l. 1. ita scribit: *Eiusdem namq; Principis* (Caroli M.) *jussu in unum coacti, adhibitâ etiam S. Romanæ Ecclesiæ authoritate, eundem Felicem damnaverunt.* sc. etiam in causâ imaginum, de quâ hîc contrà Claudium disputat Jonas, utî & Dungalus jam citatus.

Platina in Hadriano 1. Et hæresis, inquit, Feliciana de tollendis imaginibus abrogata est. Vide & Blondum Decad. 2. l. 1. Naucler. volum. 2. gen. 27. Concil. Prov. Senonense an. 1528. decreto 14. Hudalricum Mutium l. 9. de Germanis sub init.

2. Condemnavit adorationem imaginibus ITA UT DEIFICÆ TRINITATI impensam aut impendendam. Can. 2.

Quam quidem idololatriam Synodo 7timæ adscribere non potuisset, nisi Iconoclastæ falsata eiusdē acta ad nostras partes per suum Imperatorem transmisissent, ut eiusdem majestate calumniam suam fucarent & colorarent: Nihil enim in isthâc Synodo tam est apertum, quàm quòd *eiusmodi* adorationē imaginum ipsa non statuat, sed disertè rejiciat.

Porrò *talem* duntaxat imaginum cultum cum concilio Francofurtensi reprobant, Romanum verò recipiunt & probant Regino, Urspergensis, aliique Historici & Chronistæ: Urspergensis enim Leonem Syrum Imp. Cpol. in causâ imaginum *in Christianos & Ecclesias Dei ac Religionem sanctam Impium*; Constantinumque eius Filium *magis impium* & *ANTICHRISTI PRÆCURSOREM*; Gregorium verò tertium, qui in Concilio Rom. Leonem damnavit, cultumque imaginum confirmavit, SANCTUM PRÆSULEM vocat. Marianus Scotus Monachus Fuld. *Anno* inquit, 717. *Theodosius CATHOLICUS mox in Regiâ urbe imaginē illā* VENERANDAM, *in quâ sex synodi erāt depictæ, quæq; à Philippico fuerat dejecta, pristino in loco erexit.*

ed an. 718.

Argent. 1609. in fol. p. 121.

an. 729. 732. 733.

Sigebertus Leonem Imp. *Impietatis* & Constantinum eius Filium *Apostasiæ* condemnans Gregorium III. Synodumque Romanam *Venerationem sacrarum imaginum confirmantem* laudat. Quod & Regino sub finem sui Chronici faciens Leonem SCELERIS incusavit.

Franeof. 1607. in fol. an. 622. p. 111 n. 20.

Matthæus Westmonast. Angl9 in Flor. histor. ita scribit. *Heraclius Imperator anno imperii sui* 10. *collectâ armatorum multitudine adversus Cosdroam movit iter ferens secum S. Dei-genitricis iconem, quæ apud Bizantium est, non Hominum manu sed Divino miraculo pictam*, & paulò post: *Sed Heraclius iconis Dei-genitricis fultus auxilio omnes adversarios suos in bello peremit.*

Quis hîc non videat in Heraclio eiusdemque exercitu sacræ illius imaginis cultum? Quis non advertit eundem à Matthæo isthoc, utique ex receptâ Angliæ doctrinâ & praxi, approbari? tametsi imaginum adorationem, qualis Synodo 7timæ ex falsatis eiusdem actis afficta fuit, repro-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [118] - 114
PUBLIC DOMAIN

baverit & Westmonasterienſis ille, & tàm Anglia, quàm Germania & Gallia, imò & Italia & Eccleſia univerſa.

3. Concilium Francof. inter duas illas jam dictas extremitates mediâ incedens viâ ſobrium Romanumq; imaginum cultum recepit & confirmavit. *Imaginibus*, inquit de hoc Conc. agens Paulus Æmilius, *ſuus honor ſervatus eſt.* id quod confirmatur *l. 2. de geſt. Fr. circ. fin*

1. Quia Concilium illud contrà ſolam Græcorum Synodum, quæ imagines *ut Deificam Trinitatem adorandas* ſtatuiſſe ferebatur, egit; adverſus illam verò, quæ in Romanis Conciliis an. 726. ſub Greg. II. an. 733. ſub Greg. III. an. 769. ſub Stephano IV. (aliàs III.) definita, ac publico, ut ſuprà probavi, Germaniæ uſu recepta erat, imaginum venerationem nihil omninò decrevit. Quod certè (cum Latina Conciliorum illorum Occidentalium acta, publicamq; Germanorum praxin ignorare non poſſet) facere omninò debuiſſet, ac procul omni dubio feciſſet, niſi cum Roman. Pont. ſentiens ſobrium imaginum cultum approbaſſet.

Confirmatur 2. Quia de Carolo M. ita ſcribit Letzenerus veſter: Und hat Carolus M. was die Bilder anlanget eine Epiſtel an Elipandum den Ertzbiſchoff zu Tolet geſchrieben / daß man Chriſtliche Bilder nicht zerbrechen / noch **unehren** / ſondern **ehren** / aber nicht anbetten ſolle. Videlicet ut Deificam Trinitatem, quemadmodùm in Conc. Franc. decretum erat, ex cuius ſententiâ ille ſcripſit. *in hiſt. Caroli M. c. 35. Hildeſii 1602 in 4.*

Porrò temporibus Ludovici Pii SS. Imaginum cultum in Germaniâ obtinuiſſe patet ex hiſce Dungali verbis: *Dicit enim* (Claudius) *tantundem errare, & uno ſimiliter nomine idololatras eſſe vocandos eos, qui idola & ſimulachra gentilium diabolo inſtigante ac per ea decipiente adorant & colunt, credentes Deos ac Deas eſſe, à quibus cuncta reguntur & præſtantur: & Chriſtianos, qui imaginem Chriſti & Sanctorum eius pingunt & VENERANTUR pro amore & honore Salvatoris & Redemptoris mundi & ſuorum Electorum: Quos & ipſos, licet longè inferiùs, diligunt tamen & honorant.* *L. Rſpon. adv. Claud Taur. ſub init.*

l. de reb. Eccl. c. 8. Præterea Walafridus Strabo Abbas Augiæ (zu Reichenow) ſub eodem Imp. Concilium Romanum ſub Gregor. 3. pro SS. imaginum cultu celebratum diſertè probat, & infrà ſcribit: *Cum ita ſit talis ſit Chriſtiani perfectio ſensûs; non ſunt omnimodis honeſti & moderati imaginum honores abjiciendi.*

Quin & ipſe Ludovicus verè *Pius* piiſſimi Imp. Caroli Magni Filius jam Imperator receptum Germaniæ uſum ſuo comprobavit exemplo; ſcribit enim Albertus Crantzius eundem *obequitantem in* (hac ipsâ, quam nos incolimus) *pro-* in metrop. l. 1. c. x. *vinciâ, & fortè venationi intentum in loco vaſtæ ſolitudinis*, (ubi nunc ſita eſt inclyta Civitas Hildeſienſis eiuſdemq; Eccleſia Cathedralis) *ad arborem, cum oraret, juſſiſſe deponi ſacram Divæ Mariæ, quam ubiq; circumferebat imaginem, coram quâ jam oratione finitâ &c.* Quod ſanè non feciſſet Princeps, niſi publicâ praxi cultus ille receptus fuiſſet: imò non feciſſet id Pius, niſi licitum, bonum, ac pium eſſe omninò credidiſſet. Et quomodò eum Germania Pium vocaſſet, ſi exhibitum ab eodem imaginibus cultum tanquam impium condemnâſſet?

Sed quid multa congero? cum ex Dungalo, lib. ſupr. cit. Rhaban. Mauro Archiep. Mogunt. de inſtit. cler. l. 2. c. 37. Amalario Fortun. Epiſc. Trevir. de Eccl. off. l. 1. c. 14. conſtet omnem tàm Germaniæ quàm totius orbis Chriſtiani populum iſthoc tempore cruces (quæ verè ſunt eius, in quâ Salvator pependit, Crucis imagines) non tantùm pictas, ſed etiam per ſe ſtantes adorâſſe.

Quid verò ſtultius foret, quàm dicere, quòd imaginem quidem ſtipitis, in quo Chriſtus pependit, non verò ipſiuſmet Chriſti in eâdem appenſi effigiem liceat adorare? *For-* in præfat. ad ſynod. Nic. 2. col. mihi 3. *ma S. Crucis*, inquit Anaſt. Biblioth. *quam ſe* ADORARE OMNES UBIQUE CHRISTIANI FATENTUR... *aurea, argentea, lignea utiq; non eadem eſt ipſa crux, in quâ ſalus noſtra patrata eſt; ſed* FIGURA *&* IMAGO *eius Quare non adoremus figuram, & imaginem eius, qui eandem ſalutem operatus eſt in medio terræ? venerabilior namq; eſt,* QVI *ſalutem operatus eſt, quàm ea materia,* IN QVA *idem ſalutem*

lutem operatus eſt: ac per hoc magis adoratione digna imago Chriſti ſalutem OPERANTIS, *quàm imago crucis ſalutem tantummodò* BAJULANTIS.

Verùm pro abſtinendâ ab iſtorum temporum populis calumniâ brevibus hæc interjicio.

Quando hanc Crucem adoramus, inquit Alcuinus, *omne corpus noſtrum hæreat terræ, & ipſum, quem adoramus, quaſi pendentem in eâ mente cernamus; Virtutem ejus, quam excepit ex Dei Filio, ipſam adoramus.* PROSTERNIMUR CORPORE ANTE CRUCEM, MENTE ANTE DOMINUM; *veneramur crucem, per quam redempti ſumus, & illum deprecamur, qui redemit nos.* *l. de Div. offic. in paraſc.*

Sic & Amalar. Fortun. Ep. Trevir. *Ipſa*, inquit, *verba noſtræ deprecationis demonſtrant, quem adoremus; dicimus: Crucem tuam adoramus Domine, & S. Reſurrectionem tuam laudamus: Hîc non ſunt verba precationis, ſed oſtentationis adorandæ crucis & glorificandæ Reſurrectionis Domini. Sed & in alio loco ſolemus dicere:* DEUS, *qui Unigeniti Filii tui D. N. J. C. pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam crucem conveniunt, à peccatorum ſuorum nexibus liberentur. Quem deprecor, ipſum adoro.* PROSTERNOR CORPORE ANTE CRUCEM, MENTE ANTE DOMINUM. *Veneror crucem, per quam redemptus ſum, ſed illum deprecor, qui redemit.* *de eccl. off. l. 1. c. 14.*

En! ut cruces, Dominicæ crucis imagines, adorârint adoratione materiali, ſive ut *terminum à quo* adorationis formalis!

Jam verò conceſſo (quod non poterant cum ratione negare) tàm Chriſti, quàm crucis eius imaginem dicto nunc ſenſu licitè adorari, ut nimirum Chriſtus coram eâ, ac per eam adoretur; non poterant ſine inſaniâ negare, ac per conſequens nec negârunt, poſſe etiam, ſervatâ proportione, Sanctorum (quos ipſos, ut infrà demonſtrabitur, & de geniculis invocabant,) imagines adoratione materiali iſthoc ſenſu coli, ut ſcilicet homines potiùs coram eis, quàm coram alio quodam ſtipite genuflexi, Sanctos, quos invocabant, venerarentur, longiſſimè tamen infrà Deum & Chriſtum eius.

In præfat. ad ſynod. Nic. 2. Certè Anaſtaſius Biblioth. *Quæ enim*, inquit, *ſuper venerabilium imaginum adoratione præſens Synodus docet, hæc & Apoſtolica Sedes antiquitùs tenuit, & univerſalis Eccleſia ſemper venerata eſt, & hactenùs veneratur* QUIBUSDAM DUNTAXAT GALLORUM *exceptis*. Hi verò, ut ex jam dictis patet, vel ſpiritu vertiginis agebantur inſani; vel imagines adoratione formali, *in, per, & propter ſe*, tanquàm Deificam Trinitatem à Catholicis adorari rebantur iniqui: vel deniq; circà pugnas verborum languentes in concipiendi loquendiq; modo, cui pertinaciùs pars utraq; inhærebat, à cęteris erant diverſi, de ipsâ verò re non diſſentientes; id quod in pleriſq; Scholaſticorũ diſputationibus uſu venit. Ego ſanè (ſalvo meliore judicio) non primum, ſed duo hæcce poſteriora de ipſis credo;

To. 4. Bibl. PP. Par. 1644. col. 552. E. cùm ipſe Jonas Aurelianenſis l. 1. adv. Claud. Taur. longè poſt med. de Crucis & imaginum veneratione doctrinam S. Gregorii (cuius intra limites ſeſe continuit & Adrianus 1.) laudet, extollat, recipiatque; ut proinde (nî fallor) & ipſe nonniſi Logomachum agat, & per logomachiam in aliquibus impugnetur. Quidquid verò ſit huius, certè

FALSUM eſt 90. Quòd in Galliam ultimis demùm ſeculis, intra annos nimirum 400. circiter, primùm devenerit omnis imaginum adoratio. Patet id imprimis ex Anaſtaſio jam nunc citato. Si verò *quibuſdam duntaxat Gallorum* ab Inconoclaſtis quid labis adhæſerit, mirandum non eſt; cùm legatio illa, quam pro confœderatione Pipini Regis impetrandâ Conſtantinus Imperator miſerat in Franciam, muneribus horum animos facilè captivârit.

Ibid. p. 113, Deinde illa omnia, quæ ſuprà de Pipino Clementem & Albertum (Adelbertum) pœnis ſubjiciente; de Carolo M. Ludovico Pio, & Synodo Francof. egimus, concernunt tàm Gallos, quàm Germanos.

Adhæc S. Crucis Crucifixique imagines Gallia (ut ex

Ibid col. 551. D. dictis patet) Imperatorum iſtorum temporibus citrà controverſiâ adoravit. adeò, ut ipſemet Jonas loco cit. Claudium

dium sic alloquatur: *Infausto & impudenti ore falsæ Religionis atq; superstitionis cultores appellas . . . eò quòd scilicet ob memoriam passionis Christi crucem pictam, atq; in eius honore IMAGINATAM colant, venerentur atq; ADORENT*; quamvis, ut paucis interjectis dicit, *non cultu & adoratione, quæ solius Divinitatis est.*

Quòd autem crucibus, sive S. Crucis imaginibus sic adoratis, ipsius etiam Christi effigies sive appictæ sive affixæ, & simul adoratæ fuerint, liquet inde; quòd jam nunc *crucem imaginatam* dixit, & sub finem libri ita scribit: *Imaginem crucifixi Christi in auro argentove exprimimus, aut certè in tabulis diversorum locorum fucis depingimus.*

Deniq; ut Adelmus & Regino scribunt, Pipinus Rex anno 767. in villâ Gentiliacensi *Synodum magnam habuit inter Romanos & Græcos de* ss. *Trinitate* (de processione Spiritûs S.) *& Sanctorum imaginibus.* Et quamvis eiusdem Synodi acta perierint; *Græcos tamen Oratores jussos esse* (ut loquuntur Magdeburgenses) *Cæsarem suum admonere, ut cum aliis piis sentiat, Æmilius refert l. 2. Et Johannes Tholosanus dicit, post longam altercationem circà imaginum Venerationem constitutum esse, Christi & Sanctorum imagines esse colendas; sed alios non acquievisse.* Cent. 8. c. 9.

Hoc verò ipsum in Gallicano isthoc Concilio decretum esse, confirmatur ex eo; quòd, ut Anastasius scribit, Carolus & Carolomannus Francorum Reges ad instantiam Stephani Papæ (Pipino eorundem D. Patre prærequisito, sed paulò antè adventum Legati ad meliora translato) duodecim probatissimos doctissimosq; totius Franciæ Episcopos ad Concilium Romanum, pro sacrarum imaginum cultu celebratum, miserunt: Et Hadrianus I. in ep. ad Carol. M. pro 2. Nicenâ Synodo scribit, eundem Stephanum pro venerandis imaginibus Romæ conciliũ celebrâsse *una cum sacerdotibus partium FRANCIÆ atq; Italiæ. An.* 768. inquit Sigebertus, *Stephanus TAM à GALLIA quàm ab Italiâ Episcoporum synodum Romæ congregat, in quâ . . . Venerationem sacrarum Imaginum confirmat.* Ex quo patet pro eodem quoq; cultu in synodo biennio

nio antè Gentiliaci in Galliâ celebratâ concluſum eſſe, cum Epiſcopi illi omninò cenſeri debeant recentiſſimo ſuæ Nationis decreto conformiter hîc judicaſſe.

FALSUM eſt 91. Quòd etiam in Britaniam omnis imaginum adoratio intra 400. circiter annos primùm ſit introducta: ipſa enim ab initio introducti in eam à Gregorio M. Chriſtianiſmi procul omni dubio cum universâ Eccleſiâ crucis Crucifixique imaginem dicto nunc modo adora vit. ut ex Alcuino ſuprà relato colligitur non obſcurè. *Legitur in libro hiſtoriæ Anglorum*, inquit Amalarius Fortunatus, *de Oſwaldo fideli Rege & Chriſtianiſſimo, quòd in periculo poſitus ſubitò fecit crucem, & fixit in terram, eâq; adoratâ, & deprecato DEO coram illâ, dedit eis victoriam.* Hortante autem Oſwaldo totus ejuſdem exercitus flexit genua coram cruce: Quod certè ab initio edocti erant; nam, ut ſcribit ven. Beda, Auguſtinus eiuſq; ſocii viri ferè 40. à S. Gregorio miſſi ad Regis Edilberthi in inſulâ Tanatos ſub Dio reſidentis audientiam *Divinâ præditi Virtute veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & Imaginem Domini Salvatoris in tabulâ depictam, Letaniasq; canentes pro ſuâ ſimul & eorum, propter quos & ad quos venerant, ſalute æterno Domino ſupplicabant.*

p. 117. de eccl. off. l. 1. c. 14. Hiſt. Eccl. gent. Angl. l. 1. c. 25.

Deinde, quis ignorat Britanniæ Reges ac populos præ omnibus mundi Regibus populisq; Eccleſiæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedi tam fuiſſe devotos, ut ſummo Pontifici tanquam ſuo in Chriſto Patri, fideique & Religionis Magiſtro terras & provincias ſuas fecerint vectigales? id quod anno 740. cœpit Rex Inas, & anno 847. auxit Edelphus, latâ lege, ut ſinguli pro ſingulis, quas habitarent, domibus Rom. Pontifici quotannis ſingulos denarios argenteos ad diem feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, vel ſummùm ad vincula Petri perſolverent.

Georg. Lilius in Chron.

Nec tot alterius Nationis, quot inclytæ huius gentis Reges devotionis & voti causâ iverunt Romam. ut Ceadvalla occidentalium Saxonum Rex Anno ſalutis 689. l. 5. c. 7.

Cœnredus R. Merciorum, & Offa R. Orientalium Saxonum añ. 708. Hun Ceadvallæ succeſſor an. 726. Edelphus añ. 847. Aluredus añ. 872. ibid. ab Hadriano 2. coronatus. Canutus Daciæ, Norwegiæ & Angliæ Rex añ. 1030. *Quod his temporibus*, inquit V. Beda cit. c. 7. *plures de gente Anglorum Nobiles ignobilesq; Laici, clerici, viri ac fœminæ certatim facere conſueverunt.* Nimirum circa an. 730. quando hæc ille ſcribebat. *V. Bed hiſt. Eccl. Angl. l. 5. c. 7. 13. 20. Lamb. Schaffnab. & Lilius.*

Adhæc, ut nemo, niſi hiſtoriarum ignorantiſſimus, neſcit, Romani Pontifices in eâdem Natione pro re natâ concilia convocârunt; Metropolitanis pallia conceſſerunt; Epiſcopoſque & Sacerdotes pro meritis demeritisve vel inſtituerunt, vel deſtituerunt. Quæ certè omnia facta non fuiſſent, niſi Britanniæ per omnia cum Pontifice & Romanis conveniſſet. Id quod in ipsâ imaginum causâ nõ obſcurè confirmatur ex eo, quòd eodem tempore, quo de earundem cultu controverſiæ per orbem maximè fervebant, *anno* videlicet *gratiæ* 789. ut ſcribit Matthæus Weſtmonaſterienſis, *Adrianus Papa* (notorius eiuſdem cultûs aſſertor) *Legatos miſit in Britanniam ad fidem, quam Auguſtinus prædicaverat, renovandam: ipſi verò à Regibus cum Clero & populo honorificè ſuſcepti ſuper ſtabile fidei fundamentum PULCHRE ædificaverunt.* *p. 145. n. 4. Francof. 1607.*

Quin & Magdeburgenſes veſtri, & Salomon Geſnerus veſtratium Theologiæ D. & Prof. Witt. l. 2. de conciliis (Witt. 1601. in 8.) c. 8. p. 534. citatis Nauclero & Balæo, multiſque calumniis intermixtis, ſcribunt, circa añ. 712. aut 714. in Synodo Londinenſi, ſub Conſtantino Papa, Brithwaldo Archiepiſcopo, Bonifacii verò noſtri præſidio promulgatum eſſe decretum de imaginibus adorandis, PAUCIS, inquiunt, *PIIS FRUSTRA gementibus & contradicentibus.* imò Geſnero, Balæo & Magdeburgenſibus ex nullis omninò piis paucos illos fruſtrà exſomniantibus, ac fingentibus, quæ ipſis placent. *Cent. 8. c. 9.*

Narrat Hiſtoria Britonum, inquit Robertus Holkoth, *quòd Rex Archturus illuſtris* (qui anno 1202. appoſitus eſt ad Patres ſuos) *in l. ſap. lect. 102. B.*

suos) *depictam habuit infra scutum imaginem Virginis Benedictæ, Filium suum in Brachiis suis bajulantem. Ad hanc imaginem, quotiens in pressurâ belli incæpit fatigari, respexit; cuius statim intuitu latenter Vires recentes recepit; unde l. 7. c. 5. dicitur, quòd Clypeus eius Prylcken vocabatur, in quo imago S. Dei genitricis depicta fuit.* Quis hîc, nisi cœcus, non videat imaginis illius vel potiùs B. Virginis imaginatæ cultum in isthoc Rege, ac per consequens in ejusdem gente ac Natione. Malitia verò etiam hîc videbitur sibi videre idololatriam, virtutemque in ipsâ isthâc imagine latere creditam. Quod tamen malum non cogitat charitas Christiana.

p. 198. Falsum proinde est 92. Quòd in Germaniam, Galliam & Britanniam omnis imaginum adoratio primùm introducta sit *per Monachos mendicantes*, Dominicanos scilicet & Franciscanos seculo demùm 13.

p. 193. Falsum est 93. quòd *constet* quatuor illos, qui Carolini vocantur, libros vel à Carolo M. vel certè ejus jussu esse conscriptos: oppositum enim sole meridiano clariùs liquet ex Hadriani I. eosdem refutantis epistolâ ad ipsum Carolum M. sub cuius finem sanam ac S. Gregorii doctrinæ conformem Regis fidem collaudat; librorum verò ad sese ab eodem pro censurâ transmissorum consarcinatores passim acerrimè perstringens *inimicos S. Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ; Malignantes & Hæreticos; contra fidem & Religionem Christianam insanè frementes; criminatores; nefariæ temeritatis & amentiæ* homines vocat. Quod utique non feciisset amicissimus Carolo Hadrianus, si libros illos ejusdem vel manu, vel jussu conscriptos sciviisset; hocque ipsum, si factum fuisset, amicissimus Hadriano Carolus utique significâsset.

Præterea opus illud adeò est confusum, tumultuarium, incultum & horridum, fœdisq; falsitatibus conspurcatum; ut appareat malesanos ejusdem comportatores à spiritu vertiginis patre mendacii esse actos.

Dicunt enim 1. quòd Synodus Nic. 2. statuerit Eucharistiam

ristiam esse imaginem Corporis Christi 2. Quòd eadem à summo Pontifice non sit approbata. 3. quòd definiverit imagines *latriâ* colendas esse. 4. quòd Constantinus Cypri Episcopus anathema dixerit iis, qui non adorant imagines eâ adoratione, quâ SS. Trinitas adoratur. cûm tamen omnibus illis omninò opposita habeat Synodus ista act. 3. act. 6. tom. & 6. adeò ut non nisi per insignem injuriam Carolo M. vel certè Alcuino turpes illi centones à Conringio tribuantur; quorum profectò stylus tàm diversus est ab Alcuini, quàm Apulei Stylus à Tulliano, aut ab equo asinus Apulei. Dicuntur autem Carolini, quia manu cujusdam *ELIPhili*, sive *ELIPandum & FELIcem* amantis, Carolo exhibiti, atque ab eodem Carolo per Angilbertum ministrum suæ Capellæ Hadriano 1. transmissi sunt examinandi.

Porrò oppidò ridiculum est, quòd p. 367. Hermannus ita scribat: *non sanè alia temerè causa occurrit: cur isti Concilio* (Francof.) Alcuinus *usq; adeò fuerit commendatus, nisi navata contra Concilium* Nic. 2. *opera.* Cùm nihil sit notius, quàm quòd Concilium istud cùm plurima alia gravissimi ponderis & momenti, tùm *præcipuè* pro Christi Filiatione naturali egerit contrà Felicem & Elipandum, resuscitatumque ab eis (tametsi aliis expressum verbis) Nestorianismum; adversus quem Alcuinus Concilio egregiam navavit operam, dum contrà Felicem libros 7. & 4. contrà Elipandum scripsit, quibus Christum esse Filium Dei non adoptivum sed naturalem optimè demonstravit. Nec adeò ineptus fuit tantus ille vir; ut, cùm cruces, sive ejus, in quâ Christus pependit, crucis imagines adoraret; ipsius Christi in eâdem appensi, aliorumque SS. (quos tunc & de geniculis invocabant) imagines, adoratione proportionatâ, negaverit adorandas. *Vid. p. 117.*

Falsum est 94. *Quòd intra imaginum pictarum cancellos sese contineat Græca Ecclesia omnis.* Nam statuam Christi æneam ab Hæmorrhoissâ positam, cùm sub Juliano Apostatâ con- fre- *p. 197. Sozom. l. 5. c. 21. Basil. 1562.*

fregisset furor Gentilis, collectis partibus restitutam in Ecclesiâ Græcorum colloca vit pietas Christiana. Imaginem etiam Berytensem (cuius passiæ annuam commemorationem agunt Græci) cum spinis coronârint Judæi, pictâ corpulentiorem fuisse necesse est.

De perpet. conf. Eccl. occid. & Or. l. 3. c. 15 n. 16. Col. 1648. colum. 1216 1217.

Ad hæc Leo Allatius ipse Græcus ita scribit: *utrumq; hoc genus* SCULPTARUM (sive per se stantium, sive ex solido aliquo corpore protuberantium) *imaginum à Græcis in veneratione haberi ipsa experientia docet. Et, ut de Crucibus taceam, quas ferè omnes non pictas, sed lignis in eum modum efformatis, maximâ in veneratione habent, & adorandas exponunt, &, dum supplices aliquidà Deo exorant, circumferunt; Neq; his contenti, in nonnullis Christum ipsum appensum, à cruce separatum, ut in Italiâ fieri solet, summâ animi demissione, cum iqsâ cruce colunt. Adde in officio Parasceves, dum Christum ipsum veluti ad sepulturam comitantur, Christi corpus undequaq; efformatum sculptumq; circumducere per urbes & adorare. Verùm tamen est, rara hæc esse, nec ita frequentia: Quod in altero sculpturæ genere aliter se habet; nam ubiq; tabellæ, modò ex metallo, sæpissimè etiam ex ligno, exsculptis Sanctorum imaginibus, nullo non in loco adorationi objiciuntur.* & infrà. *Similibus imaginibus plenæ sunt urbes, plena templa, plenæ ipsorum privatorum ædes; & tu Chytræe, audes tam apertè mentiri, asserereq; Græcos non habere sculptas imagines? Petrus Bellonius observation. l. 1. c. 41. narrat Græcos cereis & accensis lampadibus uti in suis templis,* STATUAS *atq; picturas instar Latinorum habere.* Hæc Allatius.

Schleswig. 1647. p. 180.

Præterea Olearius vester in itinere Persico refert vidisse se à Moscis Ecclesiæ Græcæ populis sculptæ S. Nicolai imagini pectorali cultum exhiberi; für demselben/ inquit, die fürübergehende sich andächtig segneu.

Comment. in Biblioth cæsar. l. 5. p. 221. 222.

Denique Petrus Lambecius ex antiquo Symeonis Archiep. Thessalon. codice adversus hæreses, de septem Sacramentis, Templo, rebusque ac personis ad illud pertinentibus scripto (qui est inter Mss. Theol. Græc. 270.) eiusdemque folio 482. p. 2. refert hanc inscriptionem statuæ lapi-

lapideæ S. Pauli Apost sculptæ ex illo ipso, ut fertur lapide, in quo accepit 40. plagas minùs unâ.

Ἐν τῷδε παύλῳ ταυσθεὶς πρὶν τῷ λίθῳ
Ἤνεγκε ῥάβδων ἀφορήτους ἀικίας.
Ξεσθεὶς δὲ ταυῦν μορφοτύπῳ γλυφίδι
Τὰς προσκυνήσεις λαμβάνει καὶ τὰ γέρα.

Quorum hic est sensus: *In hoc lapide Paulus olim extensus pertulit intolerabiles virgarum plagas; nunc verò per sculpturam in formam statuæ mutatus accipit ADORATIONES & munera.*

Falsum est 95. Quòd Synodus Nic. 2. intra imaginum pictarum cancellos sese continuerit; Ipsa enim pro imaginibus laudat Exodi caput 25. Tertii item (1.) Regum caput 6. & 7. ubi statuæ aliæque imagines sculptæ comendantur. *Act. 4.*

Et in Definitione. Definimus, inquit, sanctas imagines ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis (quę certè non rarò per se stans fabricabatur) è coloribus & tesselis *aut aliâ QVAVIS materiâ commodè paratas dedicandas & in templis Sanctis Dei collocandas.*

Falsissimum est 96. Synodum Nic. 2. esse iconolatricam & præcipuam iconolatriæ magistram. Vah falsissimâ hominis falsitatem! Cùm ipsa act. 3. & act. 6. tom. 6. sub fin. iconibus disertissimè neget cultum Latriæ. Videatur Philanthon c. 26. à p. 338. usq; 347. *p. 193. 197.*

Falsissimum est 97. Quòd Synodus 8. (quæ an. 868. Cpoli est habita) fuerit idololatrica: hæc enim Synodum 7. recepit, sacrasq; imagines non nisi æquo cum evangeliorum *Libris* honore adorari decrevit; qui utiq; non adorantur Latriâ. Aimoini verò continuator vel huius Synodi ab Iconoclastis depravatum exemplar est nactus, vel impio vertiginis spiritu fuit actus. *p. 194.*

Falsissimum est 98. Quòd illa, quibus imaginem Antonianam alloquitur auctor Novenæ, illi, qui passim terrarum atq; indies à nostris hominibus institui solet, cultui sint *p. 202.*

consentanea; quòdque in nostris simulacrorum salutationibus frequentissimo usu eadem alloquamur *tanquàm Deos*, quemadmodùm fecerunt *olim idololatræ pagani*.

O Hermanne! Hermanne! Quidnam in districto Dei Judicio de tam atroci calumniâ respondebis?

p.225. FALSISSIMUM est 99. ejusmodi à nobis operum bono-
227. rum (ut hîc fingis) meritum credi, cui sepositâ misericordi
233. acceptatione (p. 227.) secundùm rigidam juris normam. (p. 233.) debeantur cœlestia præmia, adeò ut ea Deus velut æris alieni debita solvere sit obligatus (p. 225.) inspiciat æquus Lector Scotum & Scotistas, id est, Franciscanos (quos tu Pharisæorum maximos credis) in 1. dist. 17. & in 4. dist. 46. & videbit docere eos: Quòd formalis ratio meriti consistat in gratuitâ & misericordi acceptatione Dei: Quòd justitia commutativa non possit esse simpliciter in Deo respectu creaturæ; Quòd deniq; Deus simpliciter non sit debitor, nisi bonitati suæ.

p.269. FALSISSIMUM est 100. quòd dicis: *Quodsi praxin spectemus Romanensis Ecclesiæ, passim illa* NON DIFFERT, *nisi verbis, à* DEORUM DEARUMQVE GENTILI CULTU.

ibid. FALSISSIMUM est 101. quòd idipsum disertis verbis confessus sit Ludovicus Vives ad L. XII. Augustini de Civitate Dei, cap. 27. Vah falsissimam hominis falsitatem!

An verò ignoras Hermanne, quòd Gentiles Deos Deasq; suas coluerint 1. *SACRIFICANDO*. 2. eosdem tanquam *omninò arbitrarios rerum Dominos & Largitores, imò etiam ut earundem* AUCTORES invocando? arbitrarios, inquam, qui pro suo, *dantium*, libitu, non habito ad Altissimi jussionem, dispositionem aut ordinationem respectu darent, quæ, ubi, quando, & quibus vellent, ipso Altissimo vel omninò ignorante, vel saltem non curante.

Segmento 7.c.2. p.127. Quamquàm enim, qui inter Gentes plus aliis sapiebant, agnoscerent quidem, teste gentili Jamblicho, *unum, immaterialem, supernaturalem, & abstractissimum Deum*, qui sit *totus ex se-*

ipso

ipso & totus in seipso, omniumq; fons & fundamentum earum, quæ sub intelligentiam cadunt, & sunt, idearum primarum; prior etiam primo Deo & Rege: credebant tamen eundem concreta mundi sensibilis entia eorumq; opera tanquam suâ Majestate prorsus indigna nec operari, nec curare, imò & ignorare; Quæ sententia ipsimet Aristoteli tribuitur à quàm multis. *Segm. 8. c. 1. p. 132. Romæ, 1556, in 4.*

Quin & Deorum alios credebant esse materiales, alios verò immateriales; Et à materialibus quidem beneficia corporalia esse & expectanda & expetenda, etiam sacrificiis, præsertim iis, quæ constarent materiâ, cuius ipsi essent *authores, opifices, & gubernatores*, certis videlicet animalibus, plantis &c. *Ob corporis necessarias utilitates*, inquit Jamblichus, *atq; commoda sæpè aliquid conficimus sacrorum erga Deos corporis præsides & custodes, bonosq; Genios, utpote corpus ipsum purgantes à vetustis maculis, vel à morbo absolventes, implentesq; sanitate &c.* *Jambl. segm. 5. c. 25. p. 117. Segm. 5. c. 17. p. 110.*

Ab immaterialibus verò & abstractis Diis temporalia beneficia credebant esse utî non expectanda ita nec expetenda: *Quid itaq; nobis datur*, inquit ibidem Jamblichus, *à Diis prorsus abstractis ab omni humanâ generatione, quod pertineat ad corporea? Nunquid elargientur nonnihil faciens in sterilitatem frugum; in uteri infœcunditatem; in abundantiam, vel quippiam aliud ex rebus victui necessariis? NIHIL PRORSUS; cùm enim sint à cunctis abstracti, eos NEFAS est tales dotes attingere.* *c. 18. p. 110*

Ex quo sequitur, quòd crediderint esse nefas non modò, si quis Deos immateriales v. gr. Deum Ichthon, quem credebant esse primum Exemplar puramque intelligentiam *suprà* Mundum; vel Deum Emeph, quem opinabantur esse primum intelligens & intelligibile *in* Mundo &c. pro rebus corporalibus obtinendis invocaret; sed etiam, & vel maximè, si eadem peterentur ab Altissimo illo, qui ipso primo Deo & Rege prior est, Deo; *Neq; enim*, ut volunt, *ipsum* (primum sc.) *intelligibile secum implicatur, neq; aliud quidpiam.* *Segm. 8. c. 3. coll. cum c. 4. ib. c. 1. p. 132.*

Unde *Ægyptii fingebant in Loto arbore* (cuius frondes, folia, fructus & omnia sunt rotunda ac per hoc incommutabilitatem *Segm. 7. c. 2. p. 127.*

tatem significantia) *sedere Deum suprà lutum; quod innuit*, inquit, *Dei eminentiam altissimam, quâ fit, ut ne attingat quidē* ULLO MODO
ibid.p.126 *lutum ipsum*, videlicet *omne corporatum & materiale; vel quidquid suopte ingenio vertibile est; ac genitale, fœcundumq́, aut quæcunq́ est in materiâ forma naturæ cum instabilibus materiæ torrentibus simul fluctuans; sive quidquid generationis capit fluvium, sedetq́ cum illo: Cujusmodi est ipsa materies causa omnium virium elementarium originalis, quæ præsumitur ac præjacet in ordine fundi & fundamenti* Aristotelica videlicet materia prima. Quis verò ex his non videat, quod nefas duxerint Deum altissimum à *Luto*, nimirum ab homine, ad *Lutum*, sive corporale quid præstandum operandumve invocari?

Imò & ipsos materiales Deos credebant res materiales universaliter duntaxat, non verò particulariter curare
Segm.6.c. 3.p.122. & gubernare. *Negamus*, inquit Jambl. *Deorum providentiam sublimem ullum huiusmodi corporum prorsus attingere, hâc nimirum ratione, quippe singularibus animantibus Dii non præsunt; non particulariter, non immediatè, non materialiter &c.* aitque Genios illi præfecturæ particulari proximè præsidere; unde & hos & illos, ut sup. ex Segm. 5. c. 17. p. 110. jam vidimus, sacrificiis materialibus sollicitè percolebant; Deos quidem tanquàm
Jambl. Segm. 5. c. 20. p. 112. omninò arbitrarios, dicto mox sensu, beneficiorum Largitores, quippe *quorum opificiis natura subjecta obsecundat, & sequitur, quocunq́ EIS COLLIBUERIT, serviendo*, quibusque *opera naturæ observiunt universæ*; Genios verò (aut certè Dœmones)
S.Aug. l.8. de civ. Dei c. 21. tanquam necessarios internuncios & mediatores, *per quos Dii possent, & quid in rebus humanis agatur, ADDISCERE, & ubi oporteat hominibus subvenire.*

Quos ministeriales quidem, sed eatenùs tamen arbitrarios beneficiorum Largitores agnoscebant, quatenùs per eosdem vota sua ad Deos humana, sive particularia nescientes pro arbitrio deferri vel non deferri, impetrataque & imperata ad sese pro libitu referri aut non referri (Diis ignorantibus) existimabant. Atq; ita de maximis duntaxat bene-

ne-

neficiis credentes pleraq; alia propriæ Geniorum Dœmonumve virtuti, ac mero eorundem arbitrio adscribebant.

Nos verò ipsummet Altissimum DEUM adeò non abhorrere Lutum credimus, ut idem, in assumpto homine, etiam propriâ hypostasi sustentare non dedignetur ipsa ejusdem coæqualis & consubstantialis Sapientia *attingens à fine usq; ad finem fortiter suaviterq; disponens OMNIA*; quin & OPERANS OMNIA IN OMNIBUS tàm minimis quàm maximis totius mundi rebus, scienter, Physicè & efficienter, etiam in Angelis & cœlitibus universis; sine quo nec unus quidem passer in terram cadit; à quo & capilli capitis nostri omnes sunt numerati. Solum hunc colimus *sacrificando*. Solum hunc, tanquàm omninò arbitrarium rerum omnium Dominum & Largitorem invocamus; quo sciente, volente, jubente, dante, & operante Angeli Cœlitesque alii dant & operantur, quæcunque donant aut faciunt nobis bona: Unde & hunc semper primariò & principaliter, etiam eo ipso, quo quid à Sanctis petimus, invocamus: Huic primariò & principaliter gratias agimus; ad Hunc per Filium eius Unigenitum accedimus OMNES cum fiduciâ in quâcunque necessitate.

Quisquis verò negaverit nos vitiis peccatisq; fœdos cum majori, citiùs ac faciliùs impetrandi, fiduciâ unà *cum* Sanctis & omninò mundis precum nostrarum sociis adjutoribusq; quàm sine comprecatore solos ad Deum per D. N. J. C. accedere posse, huic profecto cerebrum veratro est emendádum: Ut quid enim aliàs comprecatores, seu precum socios & coadjutores in terrâ, etiam inter peccatores, expetunt Christiani? Ut quid tales in cœlo tam sollicitè exquisiêrunt sancti Patres?

Sed ad rem nostram! Cùm, ut jam nunc demonstratum est, Gentiles pro beneficiis obtinendis coluerint, & invocârint (1.) non ipsummet Altissimum, sed alios inferiores, quos sibi finxerant, Deos (2.) tanquàm omninò arbitrarios, authoritativos, imò & authorales rerum Do-

minos & datores (3.) iisdem etiam sacrificando; eru-
p. 269. bescat tandem, si potest, Hermannus, quòd dixerit (1.) *Ro-*
NB. NB *manensis Ecclesiæ praxin passim non differre, nisi verbis, à Deorum Dearumq; gentili cultu*; atq; (2.) idipsum *disertis verbis confessum esse Ludovicum Vives ad* L. XII. *Augustini de civit. Dei. c.* 27. Quâ duplici calumniâ & falsitate profectò nulla unquam fœdior prodiit aut prodibit ex Orci fundo. Quo circà spreto deinceps huiusmodi fœdo effœminatoque Hermanni exercitu, jam nunc Triarias eiusdem copias aggredior debellandas in Goliatho suo, in grandiloquâ, inquam, illâ *de Adoratione unius Dei* 48. in 4to. paginarum DEMONSTRTIONE.

OB PRÆTENSAM ac sæpiùs ostentatam DE ADORANDO UNO DEO. DEMONSTRATIONEM SUAM. CONRINGIUS CASTIGATUR. ET DEMONSTRATUR

Genuflexam Prostratamq; Sanctorum VENERATIONEM ESSE à DEO Non prohibitam, sed probatam.

COncedit bonus vir licitũ esse mortales homines ab hominibus aut prostratis, aut geniculantibus adorari: omnibus autẽ extremisq; viribus suis per isthoc opusculum contẽdit *demonstrare* τὴν προσκύνησιν *sive* ADORATIONEM (id est genuflexionem totiusve corporis in terram prostrationem) *haud esse fas ulli* CŒLESTIUM, *præterquàm soli* DEO *exhibere*; Eamque ait *esse* (1.) *à Deo prohibitam*, *p.* 330. §. *utroq; aut.* *p.* 329. *p.* 330. §. *Nos verò*

bitam, & (2.) per aliquot secula à primitivæ, vel saltim occidentalis Ecclesiæ OPTIMIS & SANCTISSIMIS QVIBUSQVE UNANIMI SENTENTIA DAMNATAM.

Primum probare nititur illo, quod *adorationem prostratam* exigenti sathanæ Salvator opposuit, nimirum: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*; ac confirmari putat eo, quòd Angelus quidam bis abstinuerit adorare se volentem S. Joannem.

Matth. 4. ℣. 10. *Apoc. c.* 9. ℣. 10. *c.* 22. ℣. 9.

Secundo fucum quærit ex SS. Patribus per omnia secula seculorum; Tametsi nemo cordatus dicat aut dicere possit, ut mox videbimus, *Amen.*

Quid enim? Si homini peccatori multoties indigno, quem terra ferat, licitè prosternar aut genuflectam; Quis me tantundem glorioſissimis Cœli Regibus exhibentem idololatram proclamabit, nisi homo emotæ mentis Hippocratisq; vinculis alligandus? cùm citrà controversiam & comparationem digniores sint illi, quos per gratiam & gloriam æternùm inhabitat Deus, quàm qui eundem participant duntaxat per naturalia quædam dona; Atque ex hâc ipsa concessione sit manifestum, quòd cultus illi *de se & ex naturâ suâ* non sint debiti soli Deo, sed ad Creatutæ Creatorisve honorem indifferentes, ac ad utrumlibet per animi intentionem determinandi.

Quod verò contendit Hermannus per illa: *Dominum Deũ tuum adorabis, & illi soli servies*, tanquàm per legem positivam ab eodem Deo ac Domino nostro prohibitum esse, ne creaturis quibuscunque *Cœlestibus* prosternamur aut genu flectamus, falsissimum est: Quemadmodum enim voces illæ προσκύνησις & adoratio sœpè quid minus, ita etiam non rarò quid majus significant, quàm cultum *præcisè* prostratum aut genuflexum, quod quidem cum genuflexione aut corporis in terram prostratione quandoque conjunctum, quandoque verò ab eisdem est separatum; ut Sacrificium tàm propriè quàm impropriè dictum.

Sanè

Sanè piissimus Rex Ezechias quando ablatis Altaribus & excelsis idolorum præcepit Judæ & Jerusalem, *Antè Altare hoc adorabitis in Jerusalem*, eo ipso prohibuit, ne alibi adorarent, non tamen, ne alibi genuflecterent aut prosternerentur orantes; Nec Apostolus Act. c. 8. ℣. 27. item c. 24. v. xi. nec Gentiles illi Joannis 12. ℣. 20. aliiq; *ascendentes adorare in Jerusalem* illuc præcisè genuflexum venerunt; id enim & extrà Jerusalem licitum erat, adeò ut sanctissimus ille Daniel in Babylone & cœnaculo suo tribus temporibus in die genua sua flectere consuevisset. Et Samaritani cum Judæis, hique cum illis, de adorationis loco contendentes, sacrificiũ intelligebant, non genuflexionem: In quâ eâdem significatione vox illa προσκυνεῖν saltem decies accipitur à S. Joanne. 4.(2.)Regum. 18. ℣. 22. Dan. 6. 10. Joan. 4. ℣. 21. 22. 23. 24.

Diabolus autem idem illud, quod, ut suprà ostensum est, à Gentilibus obtinuerat, etiam ab incarnato Dei Filio prætendebat; ut nimirum hic illum non quidem pro ipso Deorum omnium Primo & Altissimo, sed tamen pro Deo aliquo Magno, atque authoritativo, & omnimodis arbitrario cunctorum huius Mundi Regnorum Domino ac largitore habitum in TALIS AGNITIONEM DOMINII prostratus adoraret; Dicebat enim: *Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum; quia mihi tradita sunt, & CUI VOLO, do illa. Tu ergò si adoraveris coram me, erunt tua omnia*, vel, ut refert S. Matthæus: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*; Nimirum quemadmodum Rex aut princeps aliquis super provincias, quas ab Imperatore in feudum habet, pro arbitrio, quos vult, satrapas & præfectos constituit, deque earundem sibi traditis bonis, quæ & quibus vult, beneficia præstat, non operante, nec curante, imò & ignorante Imperatore. p. 127. 128 Luc. 4. ℣. 6. 7. c. 4. ℣. 9.

Hujusmodi enim duntaxat subordinationem ac dependentiam in Deorum ordine etiam sapientissimi, ut suprà jam vidimus, Ethnicorum constituebant; ne quid de illis dicam, qui parricidam illum, germanæ sororis, propriæq; ex Matre propriâ filiæ Conjugem incestuosissimum, adeòq; materialissimum, Jovem, *Deorum Patrem, omniumq; Supremum ac maximum prædicabant.* Vid. Theod. tō. 3. 4. ser. de Angelis.

In

In isthoc igitur sensu cum Diabolus tàm de datione suâ, quàm de sui adoratione loqueretur, in eodem respondebat Salvator: *Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & ILLI SOLI SERVIES*; ac si diceret: Illi SOLI, & nulli alteri, nec Angelorum quidem optimo maximoque, *tanquàm* vel authorali, vel authoritativo ac prorsus arbitrio Regnorum ac rerum huius mundi Domino ac largitori, adorationem & servitutem exhibebis: Tu igitur cùm dominium hoc mentiaris, ac ne bonus quidem Angelus, sed pessimus sis Dœmon, nec minimo quidem honore es dignus. *Vade Sathana!* Hocque & non aliud voluit tàm Maldonatus, quàm Cornelius Jansenius, de quorum confessione perquàm ridiculè gloriatur hîc Hermannus.

Matth. 4. v. 10.

p. 331.

Cæterum Bonis Angelis (tanquàm iis, qui non nisi sciente, volente, ordinante, jubente, imò & præstante & operante Altissimo, ministerialiter duntaxat & quodammodò instrumentaliter præstent beneficia, & miracula operentur) exhibitam adorationem tàm prostratam, quàm genuflexam esse à Deo non prohibitam, sed probatam manifestũ est.

1. Quia sanctissimus Divinæque legis intelligentissimus simul & zelosissimus Josue agnitum, non Dominum exercituum, sed Principem duntaxat exercitûs Domini, (quì juxta Apoc. 12. 17. est S. Michael) *pronus in terram adoravit*; de quo vide Serarium ibi, & hîc brevibus pag. 85. & 86.

Josue 5. ℣. 13. 14.

Quia sanctissimus Apostolus & Evangelista Joannes Spiritu S. plenus, totiusque ab eodem orbis Magister & Doctor promotus ac idololatriæ juratus exterminator saltem bis *antè* purè creati & agniti *pedes Angeli cecidit, ut adoraret.*

Apoc. 19. ℣. 10. & c. 22. ℣. 8.

Et quidem, quòd illum, cui cap. 19. post ostensum sibi Meretricis Babylonicæ judicium procubuit, sciverit esse non ipsummet Deum, sed unum ex illis, quos dudùm c. 15. ℣. 1. & cap. 16. per totum viderat habere & effundere 7. phialas iræ Dei, id est, 7. plagas novissimas, apertè indicat c. 17. ℣. 1. ita scribens: *Et venit* UNUS DE SEPTEM ANGELIS, *qui*

qui habebāt septem phialas, & locutus est mecum dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ &c. Huius verò capite isthoc 17. non nisi gloriam, cap. verò 18. judicium, eiusdemque judicii executores, & cap. 19. gloriam laudis ob judicium illud redditæ à Sanctis Deo Angelus ille ostendit S. Joanni. Quapropter hic illi (ut omninò videtur) pro factâ sibi ostensione gratias acturus, *cecidit ante pedes eius, ut adoraret eum*; Quod profectò sanctissimus ille ac sapientissimus legis Divinæ ab ipsomet, ut suprà diximus, Deo promotus & constitutus Doctor, totiusque orbis exemplar, nequaquàm fecisset, nisi prostratam, & à fortiori genuflexam venerationem Angelis competere agnovisset.

Quòd etiam illum, cui c. 22. v. 8. procidit, agnoverit esse purè creatum Angelum, patet ex capitis 21. v. 9. ubi sic loquitur: *Et venit unus de SEPTEM ANGELIS habentibus phialas plenas septem plagis novissimis, & locutus est mecum dicens: Veni, & ostendam tibi Sponsam Uxorem Agni*, cœlestem videlicet Jerusalem & gloriam eius; Quæ quidem ostensio durat usque ad capitis 22. vsum 7. vsu verò 8. hæc scribit: *Et postquam audissem & vidissem, Cecidi, ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat*, utiq; gratias ostensori acturus.

Ex quibus omnibus sole meridiano clariùs eluceſcit (1.) quòd S. Joannes istum, cui procidit, Angelum jam antè sciverit meram esse creaturam; maximè cum immediatè ante ultimam isthanc procidentiam hic dixerit illi: *Hæc verba fidelissima sunt & vera; Et DOMINUS DEUS spirituum prophetarum MISIT ANGELUM SUUM* (me scilicet) *ostendere servis suis, quæ oportet fieri citò.* Apoc. 22. v. 6.

Patet (2.) Quòd Apostolus prostratum genuflexumq; cultum Angelis competere agnoverit, idemque nos suo ipsius, & iterato quidem, exemplo docuerit; tametsi ab Angelo, ceu *talis ac tantus*, ab eiusmodi cultu fuerit secundò abstentus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [139] - 135
PUBLIC DOMAIN

stentus. Ex quo ipso iterùm necessariò consequitur; quòd vel Joannes mandatum hoc: *Dominum Deum adorabis, & ipsi soli servies*, tàm in Deuteronomio promulgatum, quàm à Christo Dœmoni oggestum sciens, & *tamen*, (etiam contra nuperum seriumq; Angeli monitum) Angelo procidentiam exhibens, omnium pessimus idololatra fuerit; vel eodem illo mandato prostratus genuflexusque (sobriè tamen intentus) Cœlitum cultus non prohibeatur. Cùm verò constet S. Joannem juratissimum idololatriæ hostem fuisse; constat pariter nec eundem hîc idololatriam cœpisse; nec dictum jam cultum vel hîc vel ibi prohibitum esse; sed laudabilem duntaxat hîc Apostolum inter & Angelum humilitatis concertationem interveniſſe.

Quâ factum est, ut Angelus ille *Talem* ac *Tantum* Virum, qui per Antonomasiam vocabatur & erat *Discipulus ille, quem diligebat* JESUS, suos ante pedes cadentem videns, tantâ sit verecundiâ percitus & perculsus, ut concisâ hac locutione; ὅρα μή! *vide ne!* &c. eundem mox abstineret; ac si diceret: Prôh! quid hoc est? quòd TU, qui suprà pectus Domini in cœnâ recubuisti! Cui ipse Naturalis, coæqualis & coëssentialis Dei Filius sub cruce stanti propriam proprièque dictam Genitricem suam in Matrem tradidit! imò quem idem propriæ Matri, loco sui, in Filium dedit! Qui es Propheta! Apostolus! Evangelista! in ipsa SS. Trinitatis penetralia intromissus! continuus Martyr assiduos pro Christo labores sustinens & dolores! Certè ego nonnisi *conservus tuus sum*, Tuque mihi jam nunc in terrâ par es munere & dignitate; Ne dicam quid futurum sit in cœlo, ubi me præmio & gloriâ facilè antecelles. *Deum adora*: Neque enim præter eundem, nunc alius te dignior est in cœlo. Joannes verò inutilem se servum, imò nihilum reputans, naturæque Angelicæ excellentiam perpendens, eandem pro recepto sanctorum Patrum more omninò & corporis in terram prostratione colendam & à se cultam esse volebat, contendebatq;

debatq;. Atque hic necessariò est verus Apocalypticæ illius historiæ sensus.

Porrò, cùm credat Hermannus (quod & egomet olim cum S. Augustino aliisque, textu non sat expenso, credidi) Joannem existimâsse ipsum sibi Deum Apocalypsis c. 19. & 22. loqui, adeòq; in terram procidisse, quò hunc, non quò aliquem merè creatum Angelum adoraret; ineptissimè profectò ex illâ Angeli prohibitione concludit prostratum genuflexumve Cœlicolarum cultum non licere; quandoquidem eo, quod jam diximus, credito consequenter debebat credere Joannem procidentiam illam in supremæ, increatæ, & creatricis excellentiæ recognitionem instituisse, adeòque eandem cultum hîc prorsus Divinum, nullatenùs ab Angelo admittendum, fuisse; ac proinde Apoc. c. 19. ℣. 10. & c. 22. ℣. 9. illam duntaxat, non verò hanc nostram, toto ab illâ cœlo distantem procidentiam, Cœlicolis, ut Dei servis ab eodem in omni suo esse, cogitare, scire, posse, velle, & operari ex asse dependentibus exhibitam, prohiberi. p. 334. 335.

His igitur stat firmatum (1.) Quòd prostratus genuflexusve Angelorum cultus nequaquàm illo: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*, sit prohibitus. (2.) Quòd idem à sanctissimo Israëlis Principe Josue, nec non à S. Joanne Apoc. 19. & 22. ac per consequens à docente ipsum in omnibus Deo sit probatus.

Cùmque manifestissimum sit ex scripturâ, quòd mortalibus mortales licitè genuflectant & prosternantur; non potest sine insolenti insaniâ dici; quòd ex mortalibus factos per Dei gloriam immortales eodem cultu prosequi sit vel idololatricum vel saltem illicitum: Quandoquidem & hi Angelis sunt æquales, & ille horum cultus nullâ usquàm lege vel naturali vel positivâ vetitus invenitur. Possem proinde hîc, detectis jam argumentorum contra nos ex S. codice allatorum ineptiis me quieti dare, nisi gratiosissima historiæ veritas ab Hermanno tàm propudiosè, ac miserè

violata ſeſe ab intolerandis eiuſdem falſitatibus vindicari ſanguineis quodammodò lachrymis poſtularet.

Dico igitur & probo

p. 330. FALSISSIMUM eſſe 102. Quòd *creaturarum cæleſtium adoratio* (genuflexa) *per aliquot ſecula à primitivæ vel ſaltem occidentalis Eccleſiæ* ***optimis & ſanctiſſimis quibusque unanimi ſententiâ ſit damnata:*** Adeò quippe liquidum eſt, dictam nunc adorationem *ab optimis* illis, *& ſanctiſſmis quibuſq;* eſſe non tantùm non damnatam, ſed inſuper diſertiſsimis verbis approbatam; ut neceſſarium ſit vel Conringium totius Antiquitatis imperitiſsimum eſſe, vel (quò indoctiores profundiùs mitteret in errorem) contra conſcientiam ſuam hæc ſcripſiſſe: Quod quidem ultimum non poteſt non etiam ab Hermanni amiciſsimo credi; quandoquidem conſtat eum Antiquitatis omninò peritiſsimum eſſe.

Sanè, cùm debuiſſet expreſſa, aut prorſus æquipollentia ſanctorum PP. verba adducere, ridiculum duntaxat Logomachum agit; &, quò fucum aliquem ſuæ faciat falſitati, in ſolo προσκυνήσε& & adorationis termino ludit,

p. 133. quem jam tum ſuprà oſtendi ſœpiſsimè quid majus cultu præcisè genuflexo aut proſtrato, etiam à ſtantibus perficiendum, ſignificare.

Et quidem ex integris octo prioribus ſeculis *nonniſi* illa refert, quæ Deum ſolum adorandum, colendum, nullique præter eum alteri ſerviendum eſſe contendunt, cultu videlicet, adoratione & ſervitute ſtrictè ſumptis: cuiuſmodi primò eſt *Sacrificium*, & deinde Veneratio aut invocatio alicuius tanquàm authoralis, aut ſaltem authoritativi, ſeu (dicto jam ſenſu) merè arbitrarii largitoris; quę quidem duo genuflexionem non requirentia, ipsâ tamen genuflectione *utſic*, ſine proportione majora, pluribus deberi Diis contendebant Ethnici, negabant verò, & in iſthoc tunc temporis con-

controverso notissimoque sensu, *adorationis, servitutis, & cultûs* vocabulis sœpiùs utebantur sancti Patres, aliique Christianorum Doctores.

Et hinc est, quòd Sanctos à Christianis adorari & coli nunc affirment, nunc verò negent, sine tamen contradictione reali, alio atque alio sensu; quemadmodum & ipsa Scriptura adorationem mox asserit soli Deo, mox autem eandem etiam hominibus exhibitam laudat: cuiusmodi apparentes antilogiæ, utî in S. Codice, ita & in sanctis Patribus sunt quodam modò infinitæ.

Quocircà & ille, qui in Smyrnensis Ecclesiæ personâ S. Polycarpi martyrium, ut ipse viderat, scripsit, negat Christianos ALIUM QVEMPIAM (quàm Christum) COLERE POSSE, supremo videlicet Divinoque, de quo tunc agitabatur, cultu; quandoquidem citrà controversiam magistratum tam civilem, quàm Ecclesiasticum nihilominùs, cultu illis competente colebant, Regibus etiam & Imperatoribus procul dubio cervices & genua suppliciter inflectentes. Id quod etiam de sanctis Martyribus est manifestum; cùm perfidi Judæi corpus S. Polycarpi Christianis non tradi rogantes nunquam allegassent, nec sine insaniâ allegare potuissent calumniosam hanc rationem: *Ne Christo relicto hunc* (Polycarpum) *colere incipiant*: Nisi SS. Martyres eximiâ veneratione à Christianis & invocari & coli sciviſſent; Quemadmodùm fœtentes iidem Verpi nunquàm calumniabuntur, vel calumniari poterunt Lutheranos, quòd sanctos Cœlites ut Deum vel Deos invocent & colant.

apud Euseb. l. 4. Hist. Eccl. c. 15. p. 58. Basil. 1562.

Sciat verò suavissimus Hermannus, quòd ideò non addiderit Philanthon Smyrnensem Ecclesiam eiusdem S. Polycarpi natalem *etiam* cùm ad memoriam antecedentium Martyrum, tùm ad futurorum exercitationem & præparationem celebrâsse; quia hoc utî notorium, ita addere superfluum erat; ut proinde illa *impudentis malitiæ satanicique ritûs* convicia non me, sed suum deturpent Authorem.

p. 502. 503

Discuss. p. 278.

Porrò quòd S. Justinus Mart. suo Christianorumque sui temporis (seculi 2.) nomine, hæc verba in hunc ipsum scripserit sensum videlicet: *Nos Bonorum Angelorum Exercitum colimus & adoramus* (προσκυνοῦμεν) c. 25. §. 9. demonstravit Philanthô, ubi sanctissimus ille Martyr à Conringicis Dallæanisq; corruptelis efficacissimè vindicatur. Ex jam dictis verò clarissimum est, quòd suppositô isthoc jam nunc asserto Justini sensu nil prorsus cogat realem in eodem contradictionem admittere, eô quòd in sequentibus dicat: *Deum solum adoramus*; quandoquidem & nemo nostrûm non dicit *Deum solum adorandum esse*, adoratione videlicet strictè sumptâ, id est, omninò perfectâ & prorsùs absolutâ, quâ quis adoratur per se & *propter* se, ut authoralis & authoritativus ac prorsus arbitrarius beneficiorum largitor, præsertim sacrificando; de quo per tria priora secula inter gentiles & Christianos agitabatur, adeòque ly *adoratio* juxta subjectam materiem controversam accipiebatur.

sub init. 2. Apolog. à p. 249. usq; 271.

Suis igitur lusibus Hermannum relinquentes consideremus; quòd, cum SÆCULO TERTIO Fideles *in carcerem ad osculanda Vincula Martyrum REPTARE* consueverint, non minorem triumphantibus illis quàm adhucdum sub ancipiti luctantibus aleâ honoris cultum sanâ cum ratione potuerint exhibere ac per consequens exhibuerint: id quod (cùm pleraq; trium priorum seculorum scripta perierint) receptissima seculi subsequentis sanctorumq; Patrum (non traditos à Patribus cultûs omnimodis aversantium) praxi solidissimè confirmatur.

Tertull. l. 2 ad vxorem c. 4.

Stet interim pro tribus illis prioribus seculis expressissimum illud, quòd suprà proposui, sancti Joannis exemplum, quo prostratam, ac à fortiori genuflexam, sanctorum Angelorum & per consequens aliorum cœlitum veneratione seu προσκύνησιν esse licitam contra frivolas Hermanni cavillationes abundè docemur.

p. 134. & seqq.

Nunc

Nunc verò immanis eiusdem falsitas, quâ huiusmodi προσκύνησιν per aliquot secula ab optimis & SSmis quibusq; Patribus damnatam clamat, presiùs est contundenda.

Sub SECULI igitur QVARTI medium SSmus Ephrem, cuius scripta (S. Hieronymo teste) in Ecclesiis post lectionem scripturarum publicè legi solebant, *in Threnis* sive *planctu B. MARIÆ V. super Pass: Domini*, ita loquitur: *Sed te jam nos, ô pura & immaculata, eademq; Benedicta Virgo, magni Filii tui universorumq; Dei Mater inculpata, integra & sacrosanctissima, desperantium atq; reorum spes! collaudamus: tibi, ut gratiâ plenissimæ, benedicimus, quæ Christum genuisti Deum & Hominem: OMNES TIBI PROCIDIMUS, omnes te invocamus, & auxilium tuum imploramus. Eripe nos, ô Virgo sancta atq; intemerata! à quacunq; necessitate ingruente, & à cunctis tentationibus diaboli: Nostra Conciliatrix & Advocata* (infra & per Christum) *in horâ mortis atq; judicii esto; nosq; à futuro inextinguibili igne & tenebris exterioribus libera; & Filii tui nos gloriâ dignare, ô Virgo & Mater dulcissima ac clementissima!*

S. Hieron. de script. Eccles. edit Colon anno 1603 in fol. p. 698. D. NB.

Idem *serm. de laudib. B. M. V. Ad te*, inquit, *unicam confugimus, crebrisq; te lachrymis, ô Beata Mater! imploramus*, TIBIQVE PROCIDIMUS SUPPLICITER *clamantes ac deprecantes, ne dulcis Filius Salvator noster, & vitæ omnium dator ob plurima, quæ commisimus, scelera è medio tollat nos &c.*

pag. 706. B. NB. NB.

Cùmque S. Greg. Nyssenus summum S. Ephrem (ut suprà jam vidimus) agat encomiasten, manifestum est eum huic in re tanti momenti consensisse, ac προσκύνησιν seu adorationem non isthoc, sed longè diverso sensu vocâsse *idololatriam, l. de fide ad Simplicium*, quem p. 343. citat Hermannus.

p. 105.

Eodem 4to Seculo Theodosius senior, sapientiâ, virtute, ac pietate incomparabilis Imperator *præparatur ad bellum* (contra Eugenium gentilem Tyrannum) *non tàm armorum telorumq;, quàm jejuniorum orationumq; subsidiis, nec tam excubiarum vigiliis, quàm obsecrationum pernoctatione munitus: Circuibat*

Ruffin. hist Eccl. XI, c. 33. Basil. 1528

ed. Paris. 1580. l. 2. c. 32. *cum Sacerdotibus & populo omnia orationum loca; ante Martyum & Apostolorum thecas jacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fidâ interceßione Sanctorum poscebat.* Quo verò successu? Nocte, quæ prælium antecessit, in oratione præter voluntatem somno oppressus *videre sibi visus est duos viros candidâ veste amictos & equis albis vectos, qui ipsum bono animo esse, timorem abjicere, & primâ luce arma capere copiasq; ad pugnam instruere juberent:* *Auxiliatores se missos esse atq; Defensores; Quorum alter se Joannem Evangelistam aiebat esse, alter Philippum Apostolum, &c. postquam autem conjici utrimq; tela cœperunt, promissi sui fidem propugnatores illi ratam fecerunt; nam ventus vehemens in hostes irruens ex adverso illorum sagittas & hastas, & jacula retorquebat ... tantaq; vis pulveris in eorum facies ferebatur, ut palpebras claudere, & periclitantibus pupillis subvenire cogerentur: Imperatoris verò milites nihil incommodi ex eo turbine patientes fidenter hostes perimebant;* adeò ut ipsimet Eugenii milites projectis armis veniam precantes ac impetrantes eundem Eugenium, qui potentiâ suâ fretus Theodosium unà cum eiusdem exercitu instar morsselli se devoraturum non dubitabat, vinctum debitisque plectendum pœnis mox adducerent ad constitutum à Deo Imperatorem.

Theodoret. hist. Eccl. l. 5. c. 24.

Vidén ipsummet Cæsarem antè *Sanctorum thecas* PROSTRATUM! vidén universam antiquitatem, imò ipsummet Deum evidenti miraculo facinus hoc approbantem!

To. 1. Par. 1636. p. 570. D. E. Eodem 4. Seculo S. Chrysostomus hom. 51. de SS. Bernice & Prosdoce virginibus sub fin. *Fortasse*, inquit, *non mediocri ergà sanctas illas amore exarsistis: Cum hoc igitur ardore coram ipsarum Reliquiis* PROCIDAMUS (προσπέσωμεν) *ipsarum capsulas complectamur; multa enim possunt virtute capsulæ Martyrum obtineri &c.* En!

En! ut sanctissimus Ecclesiæ Doctor in metropoli cæsareâ, pro publicâ concione coram tot hominũ millibus sanctorum reliquiis, id est, Sanctis ad eorum reliquias procidendum dicat; quod utique, nisi ex receptissimâ eius temporis praxi non fecisset.

Idem omninò voluit vir S. hom. 40. in SS. Juventium & Maximum Martyres sub fin. ubi sic loquitur: *Sæpè eos invisamus, capsulam attingamus, magnâq; fide reliquias eorum complectamur* (proni scilicet aut genuflexi) τῖς λειψάνοις αὐτῶν περιπλεκώμεθα, id est, *reliquiis eorum* CIRCUMPLICEMUR. *ib. p. 490 E.*

Quis mihi nunc dabit, inquit idem hom. 32. in epist. ad Rom. *circumfundi corpori Pauli? affigi sepulchro? videre pulverem corporis illius? &c.* *in exhort. morali.*

FALSUM IGITUR est 103. quòd SSmo huic Patri Hermannus affingit, quasi videlicet idem prostratum aut genuflexum Cœlicolarum cultum damnârit. Videat æquus Lector, ut, dissimulatis expressissimis verbis, termino æquivoco contrà apertissimam Doctoris illius mentem detorto Conringius mundo illudat! *p. 346.*

Eodem 4. seculo Julianus Apostata (quem inconsideratiùs ad quintum posuit Philanthon) Christianos objurgabat, eò quòd per noctes integras Sanctorum Martyrũ sepulchris ADVOLVERENTUR, QVOD, inquit, *& Apostolos vestros verisimile est post Magistri mortem fecisse; vobis ἀπ' ἀρχῆς AB INITIO qui primi credidistis, tradiderunt.* S. verò Cyrillus non factum, sed facti duntaxat causam negat, nimirum, quòd id facerent *gratiâ somniorum.* Ipsam igitur provolutionis istius historiam, quam, si conficta fuisset, tanquàm injuriosissimè calumniosam refutare omninò tenebatur, tacendo confirmat. *apud S. Cyrill. Alex. l. 10. contra Julian.*

Eodem 4. Seculo Eunapius Sardianus & ipse Gentilis scribit, quòd suo tempore Christiani *Martyribus genua submittebant, atq; ad illorum sepulchra* *in hist. Philosoph. in Ædesio sub fin.*

chra pulvere & sordibus conspurcati jacebant: Cuius quidem narrati non rem, sed rationem per calumniam exsomniavit.

Et hactenùs quidem Christianorum seculi 4. receptissimam praxin expressissimis terminis per quinq; testes probatam dedi.

Nunc verò adducam eos, qui terminis æquipollentibus & suam mentem, & sui temporis praxin testatam fecêre.

Termini autem illi sunt: *Supplex, & supplicare,* de quibus longè notissimum est, quòd propriè dicantur de illo, qui alium quempiam abjectè demissèque rogat, ad eiusdem sese pedes prosternens, aut genua flectens; adeò ut etiam à supplicandis aut complicandis, hoc est, ab inflectendis genibus deducantur.

Et licet quandoq; stantibus attribuantur, *demississimum* tamen in eisdem (aut præ imbecillitate, aut per rogati humanitatem rursum erectis) animum notant: Quæ profectò animi demissio, si sit summa, etiam in *stationem* summi Divinique cultùs rationem (quam quidem ipsa vel genuflexio vel in terram procidentia præcisè & per se non habet) inducit, Si verò sit media, etiã in stante cultum inferiorem quidem Divino, humano autem superiorem constituet; adeò ut de situ corporis non tantoperè sit curandum.

Accedat ergò S. Gaudentius Episc. Brixiensis, cuius in tract. de dedicatione Basilicæ SS. 40 Martyrum sub fin. plurimis præsentibus Episcopis hæc fuerunt verba: *Tot igitur Justorum patrocinio adjuvandi totâ fide, omniq; desiderio* SUPPLICES *secundum eorum vestigia curramus, ut ipsis intercedentibus universa, quæ poscimus, adipisci mereamur Magnificantes Christũ Dominũ, &c.*

Basil. 1567 p. 148. S. Ambros. l. x. in luc. c. 21. ita fatur: *Mortuis Regibus in perpetuum Martyres Regnum Cœlestis gratiæ honore succedunt; &* ILLI FIUNT SUPPLICES, HI PATRONI.

Denique

Deniq; Greg. Nazianz. orat. 28. in S. Cypr. de S. Justi- *To. 1. Paris.*
Virg. & M. (quidquid de facto sit) saltem ex receptissimo se- 1630. *p.*
culi sui more dixit, quòd sub Decio Imp. id est, sub seculi 278.
Tertii medium contrà vehementissimas Diaboli tentationes *Virginem* MARIAM SUPPLEX *obsecraverit, ut periclitanti Virgini suppetias ferret.*

Si autem hic, Sanctis *supplicandi*, mos quarto demùm Seculo introductus fuisset, id certè ignorare non potuisset tantus tamque sagax Ecclesiæ Doctor, qui per Antonomasiam Theologus nuncupatur; nec per consequens sanctissimus idem ac sinceriſſimus, circa ann. 370. Episcopus ordinatus, ac ùt minimùm jam circà ann. 330. natus, Vir dixisset sub Tertii Seculi medium *Virgini* MARIÆ SUPPLICATUM fuisse; nisi de recepto eiusdem seculi more per certam (quæ tam vicino deesse non poterat) traditionem securus fuisset.

Porrò etiam nonnulla de προσκυνήσεως ac adorationis termino videamus!

Sanctus igitur Basilius ep. 205. ad Julian. Apost. *Cha-* *Tom. 2. Pa-*
cteres, inquit, *imaginum eorum* (Sanctorum, ac per consequens *ris.* 1618.
ipsos Sanctos) *honoro & ADORO, præcipuè cùm hoc traditum à SS.* *p.* 993.
Apostolis & non prohibitum sit. Eâdem verò ineptiâ Basilio alibi dicenti: *Creaturam non sustineo ullam adorare*: epistolam hanc
abjudicat Hermannus, quâ Spiritui S. jubenti: *Dominũ Deum* *p.* 343.
(juxta verissimam expositionem *Solum*) *adorari*, omnes illos scripturæ libros, qui προσκύνησιν creaturis exhibitam probant, abjudicaret. Homini verò cordato sufficit, quòd epistola isthæc in Synodo 7. Generali à 350. Patribus agnita sit esse Magni illius Basilii. Si tamẽ his fidem non habet Hermannus, credat saltem conventui illi (quem p. 357. 358. ipse laudat, & Germaniæ, Galliæque Episcoporum *Synodum* vocat) qui sub Ludovico Pio Parisiis ann. 825 congregatus præfatam epistolam refert, & S. Basilio (utî debitam) libenter adscribit; Nam sanè conventus ille de genuinis SS. PP. ope-

ribus, ex quibus collectiones fieri decreverat, tam ipſe, quàm piiſſimus Imperator, perquàm ſollicitus fuit.

FALSUM igitur eſt 104. quòd S. Baſilius Cœlicolarum προσκύνησιν damnet.

To. 1. epiſt. 16. Pariſ. 1578. Col. 155. D. 158. A. S. quoque Hieronymus nomine Paulæ & Euſtachii ad Marcellam ſcribens, *Martyrum*, inquit, *ubiq; ſepulchra veneramur, & ſanctam favillam oculis apponentes; ſi liceat, etiam ore contingimus* ... & infra ſub fin. *Ergone erit illa dies, quando nobis liceat* (tecum, ô Marcella!) *ſpeluncam Salvatoris intrare? Crucis deinde lambere lignum? ... Samariam pergere, & Joannis Baptiſtæ, Heliſæi quoq; & Abdiæ pariter cineres ADORARE?*

FALSUM ergò eſt 105. quòd huiusmodi *Adorationem* S. Hieronymus damnet.

Orat. 22. p. 404. adv. lat. cult. l. 1. c. 8 S. Gregorium Naz. orat. 22. de Matre 7. Fratrum Machabæorum hæc dicentem: *Cruoris guttas rapiebat, fragmenta membrorũ excipiebat, reliquias adorabat* (προσεκυνύειτα λειψανα) ait Dallæus *ex more ſui ſeculi locutũ fuiſſe.* quod nobis hîc ſatis eſt.

FALSUM proinde eſt 106. Quòd S. Greg. Naz. Sanctorum προσκύνησιν damnet.

l. 8. Hiſt. Eccl. c. 6. Par. 1659 EUSEBIUS etiam refert, quòd ſub quarti huius ſeculi initium corpora Sanctorum MM. ex ſepulchris eruta in mare ſint projecta: *Ne quis*, inquit, *illos ſepulchris conditos, pro Diis, ut ipſi quidem opinabantur, ADORARET.* Id quod opinati non fuiſſent, niſi Sanctos Martyres à Chriſtianis proſtratis genuflexiſve coli vidiſſent.

Ser. 25. de SS. in fin. SECULO QVINTO S. Auguſtinus pro concione ſic loquebatur: *Quis jam deſperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? Nam beatiſſimum Petrum Piſcatorem* MODO GENIBUS *provolutis adorat gentium multitudo credentium.*

Ser. 28. de SS. Item. *Nunc ad memoriam Piſcatoris flectuntur genua Imperatoris. Ibi radiant gemmæ diadematis,*

dematis, ubi fulgent BENEFICIA PISCATORIS. *Ex Piſcatore fecit Dominus Apoſtolorum Principem.* Serm. 4. in feſto SS. Apoſt. Petri & Pauli ſub fin.

Idem Fratribus Maudarenſibus ita ſcripſit: *Videtis certè Imperii Nobiliſſimi eminentiſſimũ culmen ad ſepulchrum Piſcatoris Petri* ep. 42.

ſubmiſſo Diademate ſupplicare.

De ſtercore erectus Petrus & Paulus, inquit idem, *& cùm occiderentur, cõtemnebantur. Modò jam ſaginata inde terra exurgente ſegete Eccleſiæ, ecce quod eſt Nobile & præcipuum in mundo, Imperator venit Romam: Quò feſtinat? ad templum Imperatoris, an ad memoriam piſcatoris?* videlicet SUPPLICATUM. in pſ. 140. ℣. 8. & 9.

Etenim quemadmodum ſeculo 4. Theodoſius ſenior ante Martyrum & Apoſtolorum thecas *proſtratus* auxilia ſibi fida Sanctorum interceſſione poſcebat, ita & Theodoſius Junior Imperator adeò ſapiens, ut experimentum omnium crederetur habere cauſarum: Adeò literatus; ut congregaret ſacros codices & quoſcunque illorum interpretes ſeu expoſitores, pluſquàm Ptolomæus ſtuduerat Philadelphus: Adeò in Scripturis verſatus; ut eas ſine codice recitaret: Adeò Pius; ut non aliud, quàm monaſterium eius Regia videretur: Adeò charus Deo; ut, ſi quando bella moverentur, inimicos orationibus ſuperaret: Roilam namque Schytiæ Ducem contra eum venientem ſupernis jaculis atque fulminibus Divina Majeſtas percutiens, & ipſum & omnem ſimul exercitum concremavit. Talis inquam, ac tantus Imperator, cùm S. Chryſoſtomi reliquiæ Conſtantinopolim transferrentur, *in loculum defigens oculos at frontem pro Arcadio & Eudoxia genitoribus* SUPPLICAVIT, *ut ignoranter delinquentibus veniam condonaret.* ita Caſſidor. ex Theod. hiſt. Trip. l. XI. c. 17. ibid. l. X. c. 27. ib. l. X. c. 16

Porrò S. Auguſt. huiuſmodi SUPPLICATIONES Sanctis factas diſertè probat etiam l. de cura pro mort. c. 16. Tom. 4.

Et l. 22. de Civ. Dei c. 8. cùm narraſſet, quòd adoleſcenti cuidam energumeno, cùm in villam nomine Victo-

rianam ab Hippone Regio minùs triginta millibus distantem ad memoriam SS. MM. Gervasi & Prothasii delatus esset, Dœmon exire compulsus oculum excusserit; adeò, ut is in maxillam fusus tenui venulâ ab inferiore quasi radice penderet; totumque eius medium, quod nigellum fuerat, albicaret. Quo viso qui aderant (concurrerant autem etiam alii vocibus eius acciti, *& se omnes in orationem pro illo straverant*) quamvis eum sanâ mente stare gauderent; rursum tamen propter oculum eius contristati medicum quærendum esse dicebant. Ibi maritus sororis eius, qui eum illò detulerat, potens est, inquit, Deus *Sanctorum orationibus, qui fugavit Dæmonem, lumen ei reddere.* Ex quibus sanè verbis est manifestum, quòd fideles illi Sanctos Gervasium & Prothasium pro misero isthoc invocaverint *humi strati*; qui etiam miser non aliam ob causam ad jam dictam memoriam est delatus, quàm ut SS. Prothasii & Gervasii pro eodem patrocinium imploraretur: Hæc verò facta sunt Augustino imò & Deo probante; Nam sicut Dœmon fugatus, ita etiam oculus sine ullo medicamine, soloque ligatus orario, post 7. dies sanissimus est inventus.

Falsum igitur est 107. quòd genuflexus SS. cultus damnatus sit etiam ab Augustino. Cùm hic ab eod. manifestissimè sit probatus, improbatis duntaxat adorationibus gentili more & mente factis. Nec tam timidus & ignavus erat zelosissimus ille Pater, ut cultûs, quos agnoscebat *Soli* deferendos Deo, creaturis delatos *liberiùs improbare non auderet.* id quod per insignem injuriam eidem non obscurè impingit Hermannus quorundam occasione verborum de ubusibus Deum non graviter lædentibus ad Januarium perscriptorum.

p. 349.

To. 2. epist 119.

Eodem Seculo Evodius Episc. Uzalensis (quem, ut suprà jam monui, suum fratrem suisque auditoribus notum dixit Augustinus) duos libros de miraculis sancti Stephani Protomartyris Uzali factis, & ab ipsomet Augustino deprædicatis

p. 87. l. 22. de civit. D. c. 8.

dicatis scripsit, seu potius scribi jussit; quæ quidem miracula datis libellis *publicâ attestatione perlecta & comprobata sunt* in conspectu totius Ecclesiæ Uzalensis (hortante eodem, cum Uzali existeret, Augustino, ut ipsemet l. 22. de Civ. Dei. c. 8. scribit) *ubi enim pronunciaverat Lector quamlibet historiam* statim terminato sermone, persona per S. Stephanum liberata *gradus Absidæ conscendens universis eminùs conspicienda astabat.* *Evod. l. 2. c. 1.*

Libro igitur 1. c. 6. refert: quòd, cùm quidam Dativus nomine ruinâ collapsæ domûs oppressus erutusque funeris obsequio plangeretur, jugalis eiusdem ad memoriam gloriosi Stephani pro vitâ mariti *cum lachrymis se prostratura perrexit.* Ibidem dum illa aliquamdiu ad aures Amici Dei fide pulsaret, precibus insisteret; Ecce repentè in conspectu plangentium funeri circumstantium, & nomen venerandi Martyris invocantium, vir eius aperire oculos & corpus movere, videntibus & admirantibus omnibus, qui aderant, cœpit, & narrare, quæ animæ suæ revelata fuissent &c. vide ib. *in append. ad tom. X. S. Aug. Paris. 1651. p. 723. col. 2. D.*

Lib. 2. c. 2. narrat Carthagine Megetiam quandam generis opumque splendore illustrem quarto conceptûs sui mense miserrimâ paralysi dissolutam esse, adeò, ut emotis cardinibus dentium & arteriarum nequaquam posset ora dilapsa constringere, quò quicquam palato vel reciperet vel emitteret; ac proinde (cùm per indefessas medicorum industrias non nisi peius haberet) *ferè jam sexto mense* præ mœrore ac dolore tabefactum est delicatæ corpus animusq; puellæ, fœtusq; in utero suffocatus. Marito interim soceroque ac Patre adhuc gentilibus medicorum simul & dœmonum artes adhibendo frustrà desudantibus IPSE DEUS *Religiosam Vitulam Megetiæ Matrem fidei calore succendit, atq; ut ad Domini amici sui Stephani suffragium accurreret, inspiravit. Quam, ubi* BENEDICTA FŒMINA *in sacratarum Reliquiarum loco de Carthaginensi urbe ad Uzalensem profecta est, misericordissimus Dominus* Omi- *p. 725.* NB. *p. 726.*

& miſerator excepit, exaudivit, adjuvit, atq; de filiâ compotem fecit, ac de Diabolo adverſario ſuperato victricem triumphare permiſit. Dici non poteſt, quibus illa pia fœmina amicum Dei flebilibus vocibus fuerit aggreſſa, & quantâ cum miſeratione ANTE LIMINA *glorioſi Martyris* PROSTRATA *effuſos ſui cordis dolores expreſſerit in hæc verba prorumpens: Domine Stephane!* CHRISTI AMICE! *ſubveni matri miſeræ ad te confugienti pro ſalute periclitantis filiæ. Hîc ego te planctibus oro, illic te ancilla tua præſentem medicum ſentiat, imploro.* SCIS IPSE, *qualibus cauſis laboret Megetia, & in quo vitæ diſcrimine ſit conſtituta... Omnes deſperant de ſalute Megetiæ: Ego, quæ ad Chriſtum, & Te Amicum eius confugi, credo, quia talis luctus non imponetur capiti meo &c. Quæ ubi* (reverſa) *pervenit Carthaginem, ſuamq; natam in ipſo vitæ ſuæ articulo poſitam invenit, ſtatim ſacrato oleo* (quod ſecum à B. Martyris memoriâ reporta verat) *filiæ membra perunxit... quo facto rediviva Megetia uteri ſui partu exonerata* OCTAVI MENSIS *ingreſſa prægnantibus mulieribus tremenda lumina ab ipsâ Mortis Regiâ rurſus auris eſt vitalibus reſtituta.*

Reſtabat verò miſerum illud, fœdiſſimoque hiatu ſemper patulum, ſemper cum pudore nimio velatum os; cuius reſtitutionem anno adhuc integro & aliquot menſibus per hominum remedia erroreſque quærere fruſtrà perſtiterunt
p. 726. col. 2. D. vir, ſocer, & pater puellæ. Donec ipſa cum fideli Matre ſuâ Vitulâ, conſentientibus ſibimet Viris ſuis, *pariter de Carthagine profectæ, pariter ad memoriam B. Martyris pervenerunt; ac deinde antè ſacrata eius limina proſtratæ* die noctuq; flentes & ejulantes, cinere & cilicio ſqualentes effundebant ſuper ſe animam ſuam; *Dicebatur namq; ab inimicis fidei noſtræ; ubi eſt Deus veſter?* inclamabat ergò Vitula mater auribus amici Dei: Domine Stephane, ecce adduxi Megetiam tuam ad te, quam tu ipſe liberaſti à morte, nec nos in gaudium inimici feciſti venire non tradens nos in animas tribulantium nos, qui detrahunt & deſperant de Chriſto D. N. & de Te eius tanto Amico. Fac, rogo, fac iterum erubeſcere eos &c.

Poſt

Poſt 7mum verò diem Megetia per ſomnium videt apparentem ſibi inſignem virum viſu Diaconi præferentem habitum; quo monente ſurſùm aſpiciens vidit ſerpentem quendam teterrimum ſuprà ſe pennarum remigio volitantem atque huc & illuc tortuoſis anfractibus oberrantem, auditâque hâc Viri ejuſdem (id eſt, S. Stephani) voce: *Niſi prius iſtum ſerpentem occideris, ſanari non poteris*: & factâ oratione mox alio quodam viſo confirmata cùm mane facto *ſanctiſſimis* quibuſdam fœminis, quæ viderat, indicaret, *in ipſo ſermone narrationis ſuæ cuiuſdam peccati ſui recordatione ſtimulata peccatum ſuum* (illo figuratum ſerpente) CONFITERI *non diſtulit*; ſicque per aliquot inſuper dierum noctiumque ferventiſſimas preces, *ſumptâ* quotidie ante cibos alios *buccellâ in oleo ſanctificato tinctâ*, ab apparente ſibi denuò S. Protomartyre perfectiſſimè eſt ſanata. NB.

Quo viſo miraculo Megetiæ quidē vir in Chriſtū credidit; Religioſa verò Vitula unà cum Megetiâ ſuâ aliiſque religioſis fœminis ad Uzalenſem civitatem venit, *votaq́ ſua* de ſalute filiæ plenâ & perfectâ Chriſto Domino Chriſtiq; amico in conſpectu omnis Eccleſiæ congaudentis atq; congratulantis hilariter reddidit, ferventer exhibuit, fructuoſèque perſolvit.

Idem l. 2. c. 4. refert: Quòd Uzali quâdam die, cùm nundinæ agerentur, ſubito igneum quendam & immenſæ magnitudinis propendentem in caput è nubibus Draconem jam jam præcipitandum ſuper mediam civitatem tremor omnium, qui aderant, exſpectantium ac ſtupentium viderit; populari verò turbâ paſſim, quà timor egerat, diſcurrente, magnus etiam concurſus multitudinis ad gremium Eccleſiæ Matris ad miſericordiam protinùs convolaverit Dei Patris. *Ad ipſam*, inquit, *Amici Dei ſacratam memoriam in facie* PROSTRATA *jacebat diverſa ætas, diſpar quoq́ ſexus.* Tandem pro cunctorum fletibus opportunè ad Chriſtum Domini Stephani fuſâ prece, clementiâ Dei annuente, horrendus ille Dra- p. 728. col. 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [155] - 151
PUBLIC DOMAIN

le Draco paulatim cœpit à conſpectu hominum inter nubium ſepta ſubtrahi atq; abſcondi &c. Alterâ verò die incognitus quidam negotiator (quem Evodius Angelum fuiſſe credit) Eccleſiæ ſuæ ſubdiaconum, Sennodum nomine, ultrò convenit eique velum dedit, in quo S. Stephanus cruce civitatis portam pulſans teterrimum draconem non modò fugare, ſed fugientem etiam triumphali pede conterere videbatur: quæ quidem imago eodem mox die ad ipſam memoriam tanti Patroni eſt ſuſpenſa omni tàm ætate quàm ſexu ad ſpectaculum grande concurrente atq; ſtupente.

Idem l. 2. cap. 5. ſcribit; quòd quidam, Florentius nomine, diſpenſator pecuniæ publicæ civitatis Carthaginenſis cùm in præſentiſſimo capitis diſcrimine ad minacem Proconſulis interrogationem quid diceret non inveniens glorioſum Stephanum intrà ſemetipſum orare atque invocare minimè deſiſteret, eundem Sanctum mox viderit judici aſſidere; eodemque conſiliatore ac ſuffragatore factum fuerit, ut Proconſul ſubitò mutatus hominem jam deſperatum tanquàm Filium ad ſeſe atq; ad gremium ſuum accedere juſſum, paternâq; affectione familiariùs cõmonitum priſtino reſtitueret officio ac libertati. Hic verò jam reſtitutus nocte proximâ ſuum per ſomnium videns volensque *adorare* liberatorem, ſuit quidem eiuſdem mento ſuppoſitâ manu elevatus, ſed tamen cupiens Deo grates perſolvere, eiuſque amico *vota ſua* reddere Uzalim venit, ac *B. Martyris limina humili pietate ingreſſus, &* PAVIMENTO PROSTRATUS *omnipotenti Domino J. C. eiusq; beatiſſimo Amico gratias egit.*

Eodem (vel potiùs 4to, ſub cuius medium natus eſt) ſeculo, ſanctiſſimus ille Paulinus Epiſc. Nolanus, Vir à SS. Patribus Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Proſpero, Eucherio, aliiſque laudatiſſimus in Natali 3. S. Felicis ita canit:

Martyris oſtendit meritum, cum jure potenti
Dæmonas exercet, devinctaq; corpora ſolvit.
Cernere tunc paſſim eſt ſacrâ purgata medelâ
Pectora LIMINIBUS STERNI, *&c.*

Eiuſdé

Eiusdem S. Felicis Natali 6. circà med. de Rustico quodam duos boves suos, quibus angustam alebat pauperiem, furto sublatos post diligentissimam inquisitionem non inveniente hæc scribit:

HUmanam desperat opem, & pietate repletus
Aspirante Deo depressam in pectore fiacto
Erigit in cœlum mentem, & mox corde refecto,
Præsumente fide spem voti compotis haurit;
Sanctaq; Felicis rapido petit atria cursu:
Ingressusq; sacram magnis cum fletibus aulam,
Sternitur ante fores, & postibus oscula figit;
Et lachrymis rigat omne solum pro limine sancto
Fusus humi, & raptos nocturnâ fraude juvencos
A Felice pio velut à custode reposcit.

Mox verò non frustratas hominis preces sic describit: NB. *Disce à rustico scientiam Sanctorum.*

Te teneo; Tu, SCIS UBI SINT, qui LUMINE *CHRISTI*
Cuncta & operta vides, longèq; absentia cernis,
Et capis, INCLUDENTE DEO, quo cuncta tenentur.
Atq; ideò occulti fures quâcunq; latebrâ
Non tibi celantur, nec de te evadere possunt.

Idem eiusdem Natali 8.

Ille Deus Danielis, & ille trium Puerorum,
Felicis Deus ipse Deus, nec se minor ipso est
In sancto Felice Deus, per quem bona dona
Et medicas exercet opes Terrâq; Mariq;:
Omni namq; die testes sumus undiq; crebris
Cœtibus, aut sanos gratantia reddere vota,
Aut ægros varias petere ac sentire medelas.
Cernimus & multos peregrino à littore vectos
Ante sacrum Sancti PROSTRATOS *Martyris aram*,
Dum referunt grates, tolerata perîcla referre.
Felicis meritis & aquas & cedere flammas.

Eodem 5. (vel potiùs 4.) ſeculo, Prudentius ex milite Palatino URBIS Præfectus; imò, ut Aldus & Lilius autumant etiam Conſul, in libro περὶ Στεφάνων S. Laurentium ſic alloquitur:

Hymno 2. ſub fin.

O Ter, quaterq́, ô ſepties
Beatus Urbis incola!
Qui te, ac tuorum cominus
Sedem celèbrat oſſium!
Cui propter advolvi licet!
Qui fletibus ſpargit locum!
Qui pectus in terram premit!

De 18. MM. Cæſaraugustanis.

Hymno verò 4. Sic alloquitur Cæſar Auguſtam Hiſpaniarum Urbem:

Sterne te totam generoſa Sanctis
Civitas mecum tumulis: deinde
Mox reſurgentes animas & artûs
tota ſequêris.

Et Hymno 5. ſub fin.

De S. Vincentio Cæſaraug.

ADeſto nunc & percipe
Voces precantum ſupplices
Noſtri reatûs efficax
Orator ad thronum Patris,
Miſerere noſtrarum precum,
Placatus ut Chriſtus ſuis
Inclinet aurem proſperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si ritè ſolemnem diem
Veneramur ore & pectore;
Si SUB tuorum gaudio
Veſtigiorum ſternimur.

Hymno

Hymno denique XI. de Romanorum in S. Hippolytum devotione ita canit:

Mane salutatum concurritur; OMNIS ADORAT.
Pubes: eunt, redeunt solis adusq; obitum.
Conglobatrin cuneum Latios simul & *peregrinos*
Permistim populos Relligionis amor.

FALSUM proindè est 108. *Quòd nulla creaturæ alicuius adoratio etiam tunc Romæ fuerit approbata.* p. 351.

Eodem 5. Seculo S. Victor Episcopus Uticensis comemoratis Angelis, Patriarchis, Prophetis & Apostolis, PROSTRATI, inquit, *rogamus, ut non spernatis vestros miseros peccatores.*

Eodem 5. Seculo S. Cyrillus Patriarcha Alexand. prostratum Sanctorum cultũ approbavit, ut p. 143. jam notavi. *Pers. Vand. l. 3. sub fin.*

FALSISSIMUM ergo est 109., quòd eundem damnâverit idem Cyrillus.

FALSISSIMUM est 110. quòd eundem damnârit tantus Theodosiorum encomiastes Theodoretus.

SECULO SEXTO. Sigismundus Gundebaldi Burgundiæ Regis Filius eò quòd filium suum unicum Conjugis odio novercali commotus gladio percuti jusserat, facti pœnitentiâ ductus *ad sepulchra Sanctorum* (Mauritii & Sociorum eius in Agauno) *recurrens sæpè*, HUMIQVE PROSTRATUS *eos* ergà se clementissimos fore efflagitans, rogabat, ut eorum interventu justus Judex in hoc seculo potiùs, quàm in futuro puniret examine. Factum laudat Aimoinus de gestis Franc. l. 2. c. 4.

Eod. Sec. Dagobertus, posteà Francorum Rex eius nominis primus, eò quòd Sadragisilum Aquitaniæ Ducem, hominem superbiâ tumidum, ad convivium accersitum flagellis cædi, barbæq; amputatione deturpari præceperat, Patris sui Clotharii iram fugiens ad Catuliacum vicum in ædiculam Sanctorum Martyrum Dionysii & sociorum eius corpora tegentem (quo aliàs se insequente cervum confugisse viderat canibus aperta ostia ingredi non valentibus) se recepit. Clotharius verò, Ducis compertâ contumeliâ, ex

se genito multa furibundus interminans, mittit, qui eum accersirent, dignas pro commissis ut lueret pœnas. *Interea Dagoberto coram Martyribus humili corde* PROSTRATO *somnoq; oppresso assistens quidam venerando jucundus vultu, ne timeat, edicit*; eumq; non solùm præsenti periculo, verùm æterno liberandum supplicio, & insuper solio Regni donandum spondet, si tantummodò memorias eorundem Sanctorum se ornatum iri promittat. Nec fides promissis defuit: nempè ut non vana, quibus sœpè ludimur, somnia fuisse intelligeret; hi, qui missi ad eum à sacrâ æde abducendum fuerant, cùm non plus uno milliario à Sanctuario abessent, progredi Divinâ ultrà prohibentur virtute: Redeunt confusi, eique, à quo directi erant, quæ pertulêre nunciant; ille eos inertiæ simul & infidelitatis arguens dirigit alios, qui, quod illi neglexerant, implerent; quos similia passos, quasi nati fautores, despiciens per semetipsum filium à sepulchris Martyrum avellere cupiens, ibat: Sed, quia non minus in Reges, quàm in alios homines Dei prævalet potentia, qui alios arguerat inertes, fit ipse iners. Tandem agnoscens Christi ac Servorum eius potestatem indulget veniam, Filioque redit in Patrem, sicque abeundi acceptâ licentiâ ædi beatæ succedit, ac precibus devotis glorioſos Martyres ad sui suffragium invitat. Ita Aimoinus l. 4. c. 17. Quis verò Reges & Imperatores sese Sanctis prostraturos fuisse credat, nisi receptâ Ecclesiæ praxi inductos?

Eod. Sec. VENANTIUS FORTUNATUS Episc. Pictav. *qui*, ut Hincmarus Archiep. Rhem. scribit, *à multis potentibus & honorabilibus in Gallicis & Belgicis regionibus per diversa loca tunc vitæ & scientiæ merito invitabatur.* Hic inquam, l. 4. de vitâ S. Martini ita canit:

in vita S. Remigii.

sub fin.

SI Patavina tibi pateat via, pergis ad Urbem.
Hîc sacra JUSTINÆ, rogo, *lambe sepulchra beatæ,*
. . . .
Inde Ravennatum placitam pete dulciùs Urbem
Pulpita

Pulpita Sanctorum per relligiosa recurrens
Martyris egregii tumulum VITALIS ADORA.

. . . .

Rursus Apollinaris pretiosi *Limina lambe*
FUSUS HUMI SUPPLEX.

Eod. Sec. S. GREGORIUS TURONENSIS añ. 575. Episcopus ordinatus, añ. verò 596. sanctissimè defunctus l. 1. de gloriâ Martyrum c. 71. de propriâ refert sorore, quòd ea in civitate Visconticorum Viro suo desperatè infirmanti coram sepulchris SS. MM. Ferræoli & Ferrucii *provoluta* mox pleniſſimam obtinuerit sanitatem. *l. 1. de gl. Martyrum*

Ibid. cap. 73. quòd apud Virmandense oppidum sacerdos quidam ad S. Quintini tumulum *prostratus* Sanctumque suppliciter deprecatus hominem à patibulo liberârit.

Lib. 2. de Glor. MM. c. 10. *Quidam, dum in seditione, quam commoverat, oculum amisisset, hominem, qui ictum intulerat, de Basilicâ* (S. Juliani M. Brivate) *conabatur extrahere; quod dum agit, non modò amissi oculi non recipit lumen, verùm etiam sentit alium, quem sanum habuerat, occæcari. Porrò cùm peccata sua confiteretur, dicens: meritò evênit mihi judicium sine misericordiâ, qui non feci misericordiam, PROSTRATUS coram S. Sepulchro CUM POPULO, qui tunc ad festivitatem advenerat, indulgens lædenti, & visum recepit & gratiã.* *l. 2. de gloriâ Mart.*

L. 2. c. 22. Quidam ibidem *prostratus* diutissimèq; Martyris suffragium deprecatus visum recipit.

C. 23. Ipsius Gregorii Patruus ibid. *prostratus* à periculoso pedis affectu liberatur.

C. 24. Ipse S. Gregorius cum Patre & omni eiusdem domo S. Juliani sepulturam *adorat*: *prosternitur*, inquit, *& ægrotus* (Petrus frater meus) *in pavimentum deprecans medelam à Martyre glorioso*, eâdemque die sanatur.

L. de glor. Confess. c. 41. Nunnius quidam Tribunus Antiosiodori *provolvitur* ad B. Germani sepulchrum. *l. de gloriâ Confess.*

C. 66. ipse Gregorius Catalauni sepulchro S. Memmii Episc. *prosternitur* pro puero febricitante, qui eâdem nocte sanatur.

l.2. Mirac. S. Martini Lib. 2. Mirac. S. Martini, c. 54. Puella Luxonica cœca sepulchro S. Martini *prostrata* lumen recipit.

Ibid. c. 57. Mulier quædam Turonis in festo S. Joannis sub Missâ in horto fodit, protinùs verò manus eius Divino igne est apprehensa, facieſque tota pustulis ac vesicis quasi emittens flammas ebulliit, sed ante Sepulchrum S. Martini in hoc tormento per 4. mensium spacia *prostrata* restincto omni vapore in integritate corporis solidata est.

Ibid. l. 3. c. 1. ipse Gregorius, spinâ piscis gutturi in tertium diem inhærente, accedit ad tumulum *provolvitur in pavimento*, auxilium deprecatur Confessoris & sine morâ sanatur, nesciens, quò spina devenerit, putansque, quòd eam injectâ aliquis manu abstulisset.

Ibid. Cap. 8. refert ex ore Florentii legati Hispanici ad Chilpericum Regem, eius avum Basilicam construxisse in honorē S. Martini, reconditis in ipsâ eiusdem Sancti Reliquiis, quas per duos Clericos Religiosos petierat à Turonis; *quod cum*, inquit, *feciſſet, per ſingulos dies veniebat, & PROSTRATUS SOLO cum Conjuge S. Pontificis auxiliū implorabat.* Hæc verò (Florentii avia) infantem suum lactentem mortuum ante Altare B. Martini spe non incertâ deposuit, alloquens eum ceu præsentem pro salute pueri, & abiit; Mane autem facto venientes invenerunt eum ad Altare conversum & vivum. *Hæc*, inquit, *ab ipsius Florentius ore gesta cognovi.*

Ibid. c. 16. Cœcus per 9. annos, cùm *ad pedes* eiusdem Sancti *decubaret*, lumen recipit.

Ibid. c. 38. Diaconus Catalaunensis cœcus, quem audivit & vidit ipse Gregorius, ad sepulchrum S. Martini *prostratus solo* tertiâ die lumen per Divinam vindictam (quia aliis matutinas celebrantibus per amicum à via revocatus cum eo contrà propositum potitaverat) perditum recepit.

Vide ibid. c. 48. 50. 54. & lib. 4. c. 1. & 4. plures S. Martino *prostratos* & miraculosè sanatos.

SECU-

SECULO SEPTIMO. Puella Adelberga nomine ex pago Winioënsi *nata cæca*, 21. ætatis anno, tertiò in somnis admonita cum se Nivellam (4. circiter horis Bruxellâ distantem) ad tumulum S. Gertrudis Virginis sororis Caroli Martelli contulisset seseq; orationi *prostravisset*, lumen accepit. Ex vitâ S. Gertrudis Abbatissæ Nivellensis scriptâ à Coævo Clerico aut Presbytero domestico. *apud Bolland. 17. Martii, p. 592.*

Eodem Sec. circa añ. 653. dum Erchenaldus Major domûs, & Dux Haimo corpus S. Fursei Confessoris necdum sepultum super fluvium Alteiam utrimq; cum multâ armatorum turbâ custodirent, atque (conventione tandem factâ) confabularentur, ecce! puella cœca à nativitate *prostrato corpore* tetigit pallium, quo feretrum operiebatur, & recepit lumen oculorum. *Ex libello de miraculis* eius c. 3. quem Bollandus existimat esse eum, qui extitit tempore Bedæ. *Bolland. 16 jan. p. 43. col. 2. n. 18*

Cùmq; paulò post Erchenaldus Uxori suæ Leutsindæ propter sumptus in Ecclesiam S. Fursei ædificandã profusos furenti minitaretur dicens: Tu & omnia tua tecum ibunt in perditionẽ, subridens mulier respondit: audite cuncti! Homo 30 dies putrefactus, quid mihi faciet mali? sed die ædificationis templi jubens discooperiri corpus, quod digna non erat videre, excœcatur: QUÆ DIU JACENS IN TERRA juxta Sancti Sepulchrum, quidquid à juventute acquisivit Christo propter amorem S. Fursei vovit; statimque, ut credidit, est sanata. En & hoc seculo tam illustrem Dominam vix Reginâ minorem Sancto prostratam! & de populis receptâque Ecclesiæ praxi quis dubitabit? *ib. c. 4. p. 44. col. 1.*

Porrò S. Gregorius in epist. ad Serenum Massil. Ep. non agit, nisi de perfectâ, absolutâ, & summâ adoratione, quæ alicui defertur per & propter se; imaginibus verò propter latentem in eis (ut Ethnici credebant) virtutem aliquam & Divinitatem. Unde idem his nil obstantibus (utî eum sumâ cum laude refert Jonas Aurelianensis) in libro Sacramentorum ita meminit: *Deus, qui unigeniti tui D. N. J. C. pretioso sanguine* *l. 1. de cult. imag. longè post med.*

guine humanum genus redimere dignatus es, concede propitius, ut, qui ad ADORANDAM vivificam crucem adveniunt, à peccatorum ſuorum nexibus liberentur. Ut proinde frivola ſint illa, quibus epiſtolam eiuſd. 53. ad Secundinum, tanquàm ſuppoſititiam explodere conatur Hermannus: Præterquàm enim quòd ejuſdem ſtylus ſit omninò Gregorianus, etiam Hadrianus 1. in ſyſo ad librorum Carolinorum ultimum caput, & conventus Pariſienſis ſub Ludovico Pio añ. 825. (qui certè antiquiora & certiora viderunt manuſcripta, quàm ille heri natus Jameſius) eam tanquàm genuinum S. Gregorii fœtum agnoſcunt. Et notorium eſt ex laudantibus SS. Ephremo, Ambroſio, Hieronymo, Paulino, Caſſiodoro &c. *Adorationem* Crucis dudùm ante S. Gregorii tempora univerſaliter obtinuiſſe. Quorum ſano ſenſu inullatenus *Hic* contradixit, ſed inſano duntaxat Gentiles imitantium furori.

l. 4. Eccl. h. Angl. c. 31. *SECULO OCTAVO.* Venerabilis Beda, qui circa añ. 730. florebat, de paralytico quodam adhuc ſuperſtite ita ſcripſit: *Concepit utile menti conſilium, ut ad Eccleſiam, quoquo poſſet modo, perveniens intraret ad tumbam Reverendiſſimi Patris Cudberechti* (ex MonachoBenedictino Epiſcopi Lindisfarnenſis) ibiq; *FLEXIS GENIBUS SUPPLEX ſupernam pietatem rogaret &c. Facit igitur, ut animo diſpoſuerat, & imbecilles artus baculo ſuſtentans intravit Eccleſiam, & PROSTERNENS ſe ad corpus Viri Dei piâ intentione per eius auxilium Dominum ſibi fieri propitium precabatur, atq; inter preces velut in ſopore ſolutus ſenſit* (*ut ipſe poſtea referre erat ſolitus*) *quaſi magnam latamq; manum caput ſibi in parte, quam dolebat, tetigiſſe, eodemq; tactu in illam, quæ languore preſſa fuerat, corporis ſui partem paulatim fugiente dolore ac ſanitate ſubſequente ad pedes usq; pertranſiſſe: Quo facto mox evigilans ſaniſſimus ſurrexit.*

Cùm ergo præſtantiſſimus ille Seculi huius Doctor, cuius diſcipuli Germaniam Chriſtianiſmum docuerunt, genuflexum, proſtratumq; Sanctorum cultum laudârit, nullatenùs eſt ambigendum, eundem jam tum per Angliam Germaniamq; univerſaliter obtinuiſſe.

Quòd

Quod adeò verum est, ut ipse, de quo suprà locuti sumus, Albertus, vel potiùs Adelbertus praxin isthanc suo comprobârit exemplo: In Concilio namque Rom. 2. sub Zachariâ 1. añ. 745. lecta est hæc eiusdem oratio: *Precor vos, & conjuro vos, & SUPPLICO ME ad vos*, Angelus Uriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michaël, Ang. Adimis, Ang. Tubuas, Ang. Sabaoth, Ang. Simihel: Quâ lectâ dixit Zacharias Papa: Hæc nomina, præter Michaëlis, omnia sunt nomina Dœmonum. *p. 112. contra Adalbertum & Clem.*

SECULO NONO. Jonas Aurelianensis Episc. ita scripsit: *Nos eorum* (Apostolorum) *cineres pio amore complectimur, & SUBMISSA devotione veneramur.* *l. 3. de cultu imag.*

Eiusd. Sec. añ. 826. cùm Reliquiæ S. Sebastiani M. per Hilduinum Abbatem Româ transferrentur in Galliæ urbem Suessionem, *quidam per tria lustra debilis, walherus nomine, cum ante vivificum Martyris corpus* STRATUS PROCUMBERET, *in ipso orationis conamine, illicò Janus in pedes constitit.* Ex vetusto Ms. Vesontionensi. *apud Bolland. 20. Jan. p. 287 c. XII.*

Eiusd. Sec. añ. 846. Cùm Rainaldus Abbas Monasterii majoris apud Turones reliquias S. Gorgonii M. secum Româ deferret, hæc contigerunt: *Milliario etenim uno*, inquit scriptor historiæ socius Rainaldi, *antequàm Salinis villam pervenissemus, occurrit nobis quædam puella jam* DECENNIO *contracta, & ante feretrum beatissimi Martyris Christi* PROSTRATA *statim à membrorum debilitate soluta & sanata est. Pertranseuntes postmodum præfatam villam stationem ad pernoctandum fecimus; ubi quidam* MANU DEBILIS, *& dextro pede* CLAUDUS, *& locutione* MUTUS *adiit:* PROSTRATUS *autem ante S. Martyrem Christi & ambulare cæpit & loqui; qui in crastino per totum diem nobiscum congratulando perrexit.* *adud. Bolland. XI. Martii, p. 57.*

Eod. Sec. Altfridus Episcopus MONASTERIENSIS Vir sanctitatis eximiæ, qui in eiusdem Ecclesiæ Nobilissi: Cathedrâ tertius sedit, & añ. 835. translatus est in paradisum, l. 2. de vitâ S. Ludgeri c. 4. sic testatur: *Cæcus igitur quidam nomine Eilwold de loco, qui vocatur Ameloh, ad sepulchrum Dei famuli*

ob prætensam Demonstrat. suam LIUDGERI *perductus est: ubi dum* PROSTRATUS *oraſſet, repente à Domino plenè lumen accepit.*

Eodem ſeculo ſcriptus eſt manu nitidâ & ſat legibili liber membranaceus in folio, quem añ. 1677. caſu reperi in bibliothecâ perilluſtris Eccleſiæ Eſſendienſis, liber, inquam, ſine titulo, ad 272. habens folia, plenumque officiorum Eccleſiaſticorum complexus ordinem; cuius num. 127. auctor Miſſam exponens cum ad conſecrationem venit, inſerit tractatum *de corpore & ſanguine Domini*, laudatoque Paſcaſio Ratperto Abbate Corbejenſi, arguit Heribaldum Epiſc. Altiſiodorenſem, & Rabanum Moguntinum, (eò quòd ille turpiter propoſuerit, hic verò *in epiſt. ad Egilonem Abb.* turpiter aſſumpſerit & turpiſſimè concluſerit, datâ reali præſentiâ in Euchariſtiâ, corpus Chriſti ſeceſſui obnoxium fore) utî & Ratramnum quendam contrà Paſcaſium Ratpertum argumentantem in libro compoſito ad Carolum Regem; & nullâ de Berengario (utpote necdum nato) mentione factâ mox ſubdit: *Verùm cùm ad eos venerimus, qui* MODERNO TEMPORE *hũ contentionibus non timuerunt inſervire*, Ad Heribaldum ſc. Rhabanum & Ratramnum; Quos cum ſub medium ſeculi 9. vixiſſe conſtet, elucet pariter dicti jam libri ſcriptorem circa idẽ tempus effloruiſſe; præſertim cum ibid. paulò antè dicat: *Heribaldo & Rabano ſuus ad reſpondendum locus ſervetur.*

Notandum verò; quòd, cum eodem hoc numero dicat: *Ratramnus* QVIDAM; ſatis inſinuet librum illum erroneum de Euchariſtiâ non eſſe clariſſimi ac notiſſimi illius Ratramni Monachi Corbejenſis ſub Paſchaſii Ratberti diſciplinâ florentis, ſed vel alterius cuiuſdam Ratramni, vel (quò authoritas conciliaretur errori) Ratramno fuiſſe ſuppoſitum: Quod quidem factum videtur à Joanne Scoto Erigenâ; quamquàm alii putent eundem affictum eſſe Bertramo Presbytero ſeniori; Quod utrimq; verũ eſſe non implicat. idẽq; paſſ9 eſt Rhaban. ut cõſtat ex eiuſd. l. 2. de inſt. cler c. 14.

Porrò noſter hic ſcriptor veram & realem Chriſti in Euch.

quasi verò nouissimi quidam, saepe de clarissimis viris usurpetur. quidam Dux, quidam Episcopus. sunt quasi fuerit tanta omnes monachi corbiensis claritas, ut non ab aduersario

Euch. præsentiam multis authoritatibus probat; & ad propositum nostrum num. 84. describens ordinem ad dedicandam Ecclesiam dicit: *Cùm venerit Pontifex ad Altare,* PROSTERNAT SE *cum ministris super stramenta, & fiat ibi Letania, usq; dum dicat schola: Agnus Dei, &c.* Litania autē mox sequitur ista. *Kyr. el. Xte el. Xte audi nos. III. Salvator mundi adiuva nos. S. Maria ora pro nob. S. Gabriël ora pro nob. S. Michaël ora pro nob. S. Raphaël ora pro nob. &c.* Inter Sanctos verò Pontifices, id est, Episcopos primo loco ponit S. LUDGERUM (*S. Ludgere ora pro nobis.*) *NB.* Num. 116. ponit ordinem *Romanum* ad dedicandam Ecclesiam, in ceremoniis nonnihil variantem. Num. 59. describens ritum conferendi ordines sacros, *Finitâ,* inquit *Litaniâ, quam tunc schola imponere debet* PROSTRATO *Pontifice & ceteris consecrandis, quando dicitur: Agnus Dei, surgunt.*

NB. Num. 64. describit ordinem *Romanum* ad conferendos ordines.

Num. 173. incipit ordo ad Regem benedicendum. *Ante Chorum,* inquit, *designatus Princeps pallium & arma deponat, atq; inter manus Episcoporum perductus in chorum usq; ad Altaris gradus incedat, cunctoq; pavimento tapetibus & pallio contecto, ibi humiliter* ***Totus in cruce prostratus jaceat*** *unà cum Episcopis & Presbyteris hinc inde* PROSTRATIS *ceteris in choro, Letaniam breviter psallentibus id* (invocando) XII. *Apostolos, ac totidem Martires, Confessores, & Virgines & cetera usq; in finem huic benedictioni convenientia; Finita autem Letania erigant se, &c.*

Num. LXXIIII. incipit ordo Romanus ad benedicendum Imperatorem. *Deinde,* inquit, *vadant ante Confessionem B. Petri Apostoli, &* ***prosternat se*** (Imperator) ***pronus in terram,*** *& Archidiaconus faciat* LETANIAM, *quâ finitâ Episcopus Ostiensis ungat ei de oleo exorcizato brachium dextrum & inter scapulas, &c.*

Vidén hîc, ut isthoc etiam seculo ex publicâ & receptis-

ſimâ Eccleſiæ praxi etiam Reges & Imperatores ad Litanias Sanctorum ſeſe proſtraverint in pavimento!

Porrò non poſſum non hîc, tametſi loco alieno, monere eodem ſeculo fuiſſe quidem moris, quòd etiam non-Sacerdotes de Calice Domini per fiſtulam communicarent (ut patet ex num. 123.) non tamen quaſi ex neceſſitate Divini, quod nuſquàm extat, præcepti, ſed ex liberâ Eccleſiæ diſpoſitione; quòd liquidiſſimum eſt ex num. 34. ubi de feriâ 5. majoris hebdomadæ agens ſic infit: *Tunc* (conſecrato oleo Catechumenorum) *Pontifex lavat manus, & Diaconi vadant ad Altare, & diſcooperiant ſcã. & Pontifex veniens ad Altare dividat oblatas ad frangendum, & communicet omnis populus ordine ſuo. & ſumat* (Pontifex) *de ipſis oblatas integras ad ſervandum uſq; mane diei Paraſceve: De quibus communicent* ABSQVE SANGVINE DOMINI. *Sanguis verò eâdem die penitùs conſumatur.*

NB.

Die verò Paraſceves, *adoratâ cruce*, hoſtiæ illæ ex ſacrario deferebantur ad Altare, fiebantque omnia, ſicut hodiedum fiunt, excepto eo, quòd non ſolus Sacerdos officians, ſed etiam populus, & quidem SUB SOLA PANIS SPECIE, communicaret. *Sanctificatur autem* (inquit n. 36. de feriâ 6. Paraſceves agens) *vinum non conſecratum per ſanctificatum panem, & COMMUNICANT OMNES cum ſilentio; & ſic expleta ſunt univerſa.* Sanctificationem verò hîc, (ut ex num. 34. jam relato eſt manifeſtum) non niſi talem intelligebant, qualem calices, patenæ & corporalia participant ex contactu ſpecierum venerabilis Sacramenti.

NB.

Prætereà tunc adhuc *in Sabbatho ſancto Miſſa non cantabatur, donec ad vigilias noctis*, ut dicitur num. 36. Et num. 38. ait: *Ante Evangelium* (Miſſæ) *non portant lumen in iſtâ* NOCTE, *ſed tantùm incenſum.* Et in Monaſteriis, ubi nemo baptizabatur, ut prima ſtella in cœlo videbatur, primùm ſonabant ſigna, incipiebatur Litania & deinde Miſſa, ut n. 39. eſt videre. Imò num. 40. dicit: in vigiliâ Reſurrectionis Domini *ante mediam noctem populus non eſt dimittendus de Eccleſiâ juxta Canonum Sanctiones:*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [168] - 164
PUBLIC DOMAIN

ctiones: in ipsâ nocte, matutinâ luce rumpente tenebras, surgentes in Ecclesiam veniunt, & mutuâ charitate se invicem osculantes dicunt: Surrexit Dominus de sepulchro: deinde, Domine labia mea aperies &c.

Denique tunc adhuc parvuli Lactentes statim post Baptismum communicabant; sic enim de Sabbato sancto agens loquitur: *Illud autem de parvulis providendum, ne postquàm baptizati fuerint, ullum cibum accipiant, nec lactentur sine summâ necessitate, antequàm communicent Sacramento* CORPORIS CHRISTI. n. 38.

Quæ sanè omnia libri antiquitatum probant.

Eodem seculo Auctor historiæ *de translatione* S. *Viti Corbejense*, qui eidem translationi præsens interfuit, & procul dubio Corbeiensis Monachus fuit, de S. Adelhardo 1. Abbate Corbeiensi, Walone eius fratre, aliisque Fratribus, certè non exiguo aliorum ab Imperatore, Episcopo Paderbornensi, aliisque missorum comitatu stipatis ita scribit: *Venerunt ergò anno 822. Dominicæ incarnationis sub die octavo idus Augusti regnante Ludovico serenissimo Augusto, undecimo anno, ad locum memoratum* (pagum Auguensem super fluvium Wisera, qui pertinebat ad villam, cui vocabulum est Huxere) *circumspectoq; ex omni parte, & undiq; circuientes* PROSTRATI *in orationem decantaverunt psalmos ad hoc officium pertinentes; & postquàm compleverunt* LETANIAM *& orationem, jactaverunt lineam, & infixerunt paxillos &c.* En iterum *Letaniam* à sanctissimâ illâ Corbeiensi, totius quodammodo Germaniæ Nutrice, familiâ in terram prostratâ decantatam! *Francofur. 1621. in f. post annal. Witichindi.* NB.

sedit nostri decantant Litanias, nec Litaniam necesse est continere invocationes Sanctorum

Ne quis verò turpibus Martini Chemnitii & Joannis Letzeneri impostoris deceptus autumet ibi tunc (imò adhuc circa añ. 893.) Sanctos per Litaniam non invocatos, sed summùm commemoratos duntaxat esse; duplicem hîc Litaniam ex antiquissimo Nobilissimi eiusdem loci codice membranaceo *in folio sub fin.* mihi sub manu & Sigillo duorum Prænobilium omnique exceptione majorum testium de verbo ad verbum transcriptam exhibeo: Quæ quidé sub Ludovico Pio jam antè adventum Reliquiarum S. Viti,

(quippe cuius in neutrâ mentio fit) ibidem in uſu fuit, id eſt, ſub ipſâ prima Corbeiæ fundamenta longè antè medium Seculi Noni.

INCIPIT LÆTANIA.

conformatur editio Stateni in Carolo M. Romano-Catholico

PAter de Caelis Dſ̄: miſerere nobis.
Filius Redemptor dſ̄ miſerere nobis.
Sp̄s ſc̄s dſ̄ miſerere nobis.
Qui es Trinus & unus miſerere nobis.
Ipſe idemque benignus miſerere nobis.
Sc̄a dī Genitrix miſerere nobis.
Sc̄a Virgo virginum ora pro nobis.

Sc̄e Petre ora pro nob̄.	Sc̄e Salvi ora.
Sc̄e Paule ora pro nob̄.	Sc̄e Piato ora.
Sc̄e Andrea ora pro nob̄.	Sc̄e Medarde ora.
Sc̄e Jacobe ora p. nobis	Sc̄e Supplex ora.
Sc̄e Philippe ora.	Sc̄e Martialis ora.
Sc̄e Matthee ora.	Sc̄e Aniane ora.
Sc̄e Simon ora.	Sc̄a Columba ora.
Sc̄e Dyoniſi ora.	Sc̄a Gertrudis ora.
Sc̄e Quintine ora.	Sc̄a Aldegundis ora.
Sc̄e Firmine ora.	Sc̄a Eufemia ora.
Sc̄e Luciane ora.	Sc̄a Juliana ora.
Sc̄e Victorice ora.	Sc̄a Juſtina ora.
Sc̄e Landberte ora.	Sca Genovefa ora.
Sc̄e Gereon ora.	Om̄s Sc̄i orate p. nobis.
Sc̄e Vedaſte ora.	

GRatiam tuam concede n̄b dn̄e.
Saluté et ſanitaté c̄cede nobis dn̄e.
Aeris temperié bonā concede nobis dn̄e.
Gaudiú et pacem concede nob̄ dn̄e.
Fili dī miſerere nobis.

Tunc

Tunc et in ppetuum miserere nobis.
Agnus di qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Suscipe deprecationē nrām qui sedes ad dexterá Patris.
Agnus di qui tollis.
Gloria Patri et Filio et Spui sco.
Agnus Di.

Sequitur Altera.

EXaudi ds voces nras, Exaudi Xpe.
Miserere nobis, Exaudi ds, voces nras.
Sce Scorum ds miserere nobis.
Sca di Genitrix intercede pro nobis.

Sce Michahel	intced.	Sce Domnine	intced.
Sce Gabriel	intced.	Sce Pancrate	intced.
Sce Raphahel	intced.	Sce Valeriane	intced.
Sce Petre	intced.	Sc. Martine	intced.
Sce Paule	intced.	Sce Augustine	intcede.
Sce Andrea	intced.	Sce Columbane	intcede.
Sce Johannes	intced.	Sce Audoine	intced.
Sce Jacobe	intced.	Sce Aper	intced.
Sce Taddee	intced.	Sce Severine	intced.
Sce Laurenti	intced.	Sce Chuniberte	intced.
Sce Gervasi	intced.	Sca Columba	intced.
Sce Protasi	intced.	Sca Cecilia	intcede.
Sce Nazari	intced.	Sca Anastasia	intced.
Sce Celse	intced.	Sca Petronilla	intced.
Sce Cosme	intced.	Sca Afra	intced.
Sce Damiane	intced.	Sca Saula	intced.

Omnes Sci intercedite pro nobis.
Exaudi ds Gregorio Papæ vita

Exau-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [171] - 167
PUBLIC DOMAIN

Exaudi Xpe. HLudouuico Imperatori vita.
Exaudi ds. Proli Regali vita.
Exaudi Xpe. Exercitui Francorum vita.
Exaudi ds. Peccata nobis indulge.
Exaudi Xpe. orationem populi tui.
Kyrieleyſon. Xpe. eleyſon. Kyrieleiſon.

COLL.

FAc nos qs dne ſcæ Marię sēp Virginis ſubſidiis attolli, & glorioſa beatorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum atq; Virginum, omniumq; ſimul Scorum protectione defendi, ut dū eorum pariter Cotidie patrocinia imploramus, eorum pariter cotidie ab omnibus adverſis protegamur auxilio p.

NB.

Ambæ hæ Litaniæ, prout hîc exhibentur, de verbo ad verbum in noſtrâ Bibliothecâ Corbejenſi in antiquiſſimâ membranâ deſcriptæ hodiedum aſſervantur. Quod hac manu meâ & ſigilli appreſſione teſtor.

Corbejæ FLORENTIUS Von dem Velde/ (L.S.)
19. Junii, an. 1678. Prior p. t.

Has Litanias in antiquiſſimis noſtris membranis repertas de literâ ad literam cum Originali ſuo convenire, deq; nullis aliis, quæ paſſim falsò ſub nomine Litaniæ Corbeenſis ab aliquibus circumferuntur, noſtris conſtare, manu meâ propriâ & ſigillo proprio atteſtor.

ANSCHARIUS de NENOUDT Ss. Theologiæ (L.S.)
Profeſſor ord: Corb:
Corbeæ 19. Junii, an. 1678.

Quantus ergò impoſtor eſt Chemnitius veſter! cùm 3. part. exam. Trid. ita ſcribit: *Ex Commemoratione Sanctorum deventum tandem fuiſſe ad invocationem, oſtendit etiam* LITANIA *Cœnobii* CORBEJENSIS; *ubi Sancti nominantur quidem, ſed ſemper additur:*

additur: Exaudi Christe: *item.* Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.

Porrò tàm hic, quàm Letznerus ille gloriatur sese Litaniam isthanc Corbeiæ ex antiquâ membranâ descripsisse; & tamen non modò Chemnitius à Letznero, & hic ab illo; sed etiam Letznerus differt à Letznero: & Chemnitio (vel saltem Meibomio Chemnitium referenti) non convenit cum Chemnitio. Sed en tibi non convenientia hominum testimonia!

LETZNERUS.		*LETZNERUS.*	
In Chronico Corbeiensi edit. 1. HAMBURGI año 1590. factæ cap. XII. jam dictam Litaniam (quà SANCTOS concernentem) ita refert.		*In Chron. Corb. edit. 2. HILDESII anno 1604. factæ cap. XXIII. eandem, quam hîc sese Corbeiæ ex antiquâ membranâ descripsisse gloriatur, sic refert.*	
S. Petre S. Paule S. Andrea S. Clemens S. Sixte	Christe exaudi nos.	*S. Petre* *S. Paule* *S. Andrea* *S. Clemens* *S. Sixte*	*Christe ora pro nobis.*
Arnolpho Regi Vita & Victoria.		Salvator mundi tu illum adjuva.	
S. Dei Trinitas S. Dei genitrix S. Michaël S. Gabriel S. Raphaël S. Joannes	Christe exaudi nos.	*S. Dei Trinitas* *S. Dei genitrix* *S. Michaël* *S. Gabriel* *S. Raphaël* *S. Joannes*	*Christe ora pro nobis.*
Omnibus Judicibus & cuncto Exercitui Francorum Vita & Victoria. Salvator mundi. Tu illos adjuva.			
S. Mauriti S. Sebastiane S. Marce S. Ambrosi S. Hieronyme. &c.	Christe exaudi nos.	*S. Martine* *S. Mauriti* *S. Sebastiane* *S. Marce.* *S. Ambrosi* *S. Hieronyme, &c.*	*Christe exaudi nos.*

CHEMNITIUS.	CHEMNITIUS.
Exam. Trid. p. 3. p. 359. Francofurti in 8vo. año 1615. eandem, quoad Sanctos, hiſce describit:	*Ab Henr. Meibomio relatus in annot. ad hiſtor. de Translat. S Viti quam annalibus witichindi annexuit.* Francof. 1621. Meibomius Hîc convenit.
S. Petre S. Paule } Exaudi Chriſte. &c. ut ſup. Letzn.	Arnulpho Regi. ut ſuprà.
S. Dei genitrix S. Michaël } Exaudi Chriſte. S. Gabriel &c.	*S. Dei Trinitas* *S. Dei genitrix* } *Exaudi Chriſte.* *S. Michaël &c.*
	Omnibus Judicibus &c.
S. Maurici S. Sebaſtiane S. Martine S. Ambroſi } Exaudi Chriſte. S. Hieronyme &c.	*S. Martine* *S. Maurici* *S. Sebaſtiane* *S. Marce* } *Salvator mundi tu illos adjuva.* *S. Ambroſi* *S. Hieronyme &c.*
Rex Regum. &c. Murus noſter inexpugnabilis Gloria noſtra Victoria noſtra } Chriſtus vincit. Liberatio & Redemptio noſtra Defenſio & exaltatio noſtra Miſericordia noſtra. Lux Via & Vita noſtra. &c.	*Rex Regum. &c.* *Liberatio noſtra* *Redemptio noſtra* *Defenſio noſtra* *Exaltatio noſtra* *Lux, Via, Veritas & vita noſtra.* *&c.* } *Chriſte exaudi nos.*

Hæc de Litaniâ Corbeienſi fuſiùs egi, quò cordatus Lector intelligat, quàm miſerè huiates populi ab Impoſtoribus circumveniantur! Nunc ad propoſitum revertamur.

Eodem igitur ſeculo 9. in CORBEJA *contracta quædam*, ULFIARDIS *nomine*, SEMPER ADJACENS *ſepulturæ* (S. Adelardi 1. eiuſd. loci Abbatis) *vim viro Dei quodam-*

quodammodò facere videbatur; TERRAM CAPITE, *sed precibus petebat cœlum*, donec per manifestum miraculum est sanata.

Item. *Mulier, cuius digiti hærebant palmæ radicibus, omninò destituta officio utriusq́ manus* QVOTIDIE ADJACENS *eius tumulo*, per insigne miraculum est curata. Teste S. GERARDO Abbate Silvæ Maioris in vitâ S. Adelardi Abb. de miraculis eius c. 2. & 3.

Ex eò autem, quòd CORBEJA *quotidianum* illud mulierum facinùs permisit, & S. Gerardus eiusdem Ordinis Abbas laudavit, quis receptam eiusd. seculi in Germaniâ praxin, nisi cœcus, non videat? Sed præcipuum est, quòd ipsemet illam Deus per miracula comprobavit.

Eodem seculo 9. RUDOLPHUS Presbyter & Monachus FULDENSIS (quem Georg. Joan. Vossius *eruditè profectò & graviter scripsisse* testatur) in vitâ Rhabani Mauri c. 4. refert. Quòd, cum idem se comite corpus S. Venantii M. Arimino Fuldam transferens in Solenhoff Monasterio Diœcesis Eystetensis pausaret, *quædam fœmina de ipso pago, quæ ante 6. annos lumen oculorum amiserat, rogavit se illuc* (ad feretrum S. Martyris) *adduci, credens sibi per merita & orationes S. Venantii Dominum propitiari; Cumq́ perducta esset, & ante feretrum* PROSTRATA SUPPLICITER *orasset, visum recepit.*

C. 5. in Hassaroth, inquit, *Monasterio ad Mœnum fluvium* MULTITUDO, *quæ ab* ALEMANNIA *prosecuta nos fuerat,* ADORATIS *atq́ osculatis sacris reliquiis domum reversa est.*

Ibidèm refert; quòd in oppido Hamalanburg super Salam occurrens *ingens multitudo populi* sacras reliquias *adorârit*, & interim claudus sit sanatus. Ib. Quòd, cùm venirent in conspectum Monasterii (Fuldensis) Abbas, cum omni multitudine Fratrum cum crucibus & cereis, Reginbaldus etiá Chorepiscopus, & infinita hominum multitudo occurrerit, cumque *suppliciter adorassent* summâ cum veneratione susceptum corpus in Ecclesiam deportârint, &c.

Eodem seculo 9. WOLFHARDUS Presbyter scripsit vitam

S. Walburgis Virginis Abbatissæ Heidenheimensis añ. 761. 25. Febr. ad Superos translatæ; librumque suum dedicavit ERCHANBALDO Eystetensium Episcopo 8. qui interfuit concilio Triburiensi añ. 895.

Hic igitur l. 1. c. 4. sic infit: *ADELBERTUS Alemanniæ comes illustris illò us⁊ (Eystadium) devotus advênit; cereum non modicum detulit, & altario* PRONUS *imposuit, pro se suis⁊ Dominum & Virginem exoravit.* (god quid adoratio Domini coram altari, ad prostrationem coram sancto)

Idem l. 3. c. 1. Anno, inquit, 895. *Puella Guntrada* CÆCA a NATIVITATE *in somno admonita*, ut sese ad S. Walburgen in monasterium Monheim ibid. oculorum lumen impetratura conferret, illuc *die Palmarum ad vesperam pervênit*, & *cum intimo cordis gemitu oratorium introivit, sese⁊* IN TERRAM PROSTERNENS, *flens⁊ ex asse uni se Domino & salutiferæ Virgini commendavit*, & visum, quem petiit, mox impetravit.

Cùm igitur ex dictis, de Seculi 4. 5. 6. 7. 8. & 9ni. receptissimo usu constet,

p. 297. n. 3. FALSISSIMUM est 111. quòd CAROLO M. *imperante* SANCTI *non sint flexis genibus invocati.*

p. 362. FALSISSIMUM est 112. quòd Seculi Noni meliores quiq; in Galliâ & Germaniâ Doctores docuerint præter adorationem civilem, quæ inter homines vivos recepti est usûs, omnem aliam SOLI DEO deberi.

Si verò ita senserit Agobardus, profectò cerebrum eius, ut ex dictis liquet, veratro indiguit.

Porrò cum p. 358 calumniando quiritetur Hermannus, quòd Acta SYNODI Parisiis Añ 825. in causâ imaginum celebratæ per *Iconolatras* nostræ ætatis (Catholicos intelligit) voluminibus Conciliorum sint exclusa; dico

FALSISSIMUM esse 113. Quòd isthæc Congregatio Parisina fuerit Synodus seu Concilium: ipsamet enim eiusdem (quæ Tu legisti) acta suo, per nuperum quendam impostorem confecto, Synodi titulo contradicunt, & pag. 126. dicunt eam NON fuisse *synodum*. Constatq; præterea collationem

Francof. 1596.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [176] - 172
PUBLIC DOMAIN

tionem istam à Ludovico Pio institutam esse tantùm in id, ut genuina SS. Patrum de imag. cultu testimonia Apostolicæ Sedi exhibenda colligerentur.

Ipsius verò, *Synodum* mentientis, libelli ineptissimam vanitatem si, ostendente Bellarmino, non perspexerit Hermannus, quid videbit? Tu interim, Benevole Lector, vide eiusd. Bell. appendicem ad Tract. de cult. imag. & conclude Acta illa inter *Synodalia* referri nec debuisse nec potuisse. *Tom. 2. Col. 16 6. in fol. pag. 433. & seq.*

SECULO DECIMO. Cùm Caroli Simplicis Francorum Regis Legatus HENRICO Saxoniæ Regi (qui erat Henricus Auceps primus eius nominis Imperator) *& se & Franciam*, Sigiberto teste, *submittens* offeret manum S. Dionysii auro gemmisq; inclusam fidei & amicitiæ testem; *Rex munus Divinum cum omni gratiarum actione suscipiens PROSTERNITUR Reliquiis sanctis, & deosculatus eas summâ veneratione veneratus est.* Ita Witichindus Monachus *Corbeiensis*, qui circa medium huius Seculi floruit, opusque suum dicâvit Machtildi Filiæ Ottonis 1. adeò ut ex Tanti Regis, vel potiùs Imperatoris, facto, factique per Tantum ex *Corbeiâ* Virum laudativâ narratione sole clariùs eluceseat tunc genuflexum prostratumq; Sanctorum cultum Universalis Ecclesiæ, etiam Germanicæ, usu receptum fuisse. *ad an. 922. l. 1. Gest. sax p. XI. Francof. 1621.*

Eod. Sec. OTTO *Secundus* eius nominis Imperator, Petro Damiano teste, montem Gargânum in Apuliâ *nudis pedibus* ascendit, quò nimirum S. Michaëli Archangelo supplicaret: Quod flexione genuum, totiusve corporis in terram prostratione factum esse quis dubitabit? cùm obsequiosa pedum denudatio sit ipsâ humilior procidentiâ & genuum flexione.

FALSISSIMUM ergò est 114. quod vix non contrà conscientiam dicit Hermannus, Nimirum *tempore Henrici Tertii* (id est, plusquàm integro post AUCUPEM Seculo) *ADHUC in Germaniâ de gentilis adoratum fuisse solum Deum.* cuius asserti immanis falsitas etiam ex seqq. innotescet. *p. 298. lin. 2, 3.*

Eodem namque Seculo X. BALTHERUS Monachus in monasterio HELERA ad ripam Mosellæ acta S. Fridolini Abbatis Seckingensis illuc Seckingâ ob Paganorum incursiones delata invênit ac NOTKERO Balbulo, Ottonis M. consanguineo, suo olim in Monasterio S. Galli Magistro inscripsit. Quorum l. 2. c. 2. summè laudatur Rusticus quidam Wenilo nomine qui in barbaro paganorum incursu ex fugâ sese recolligens *intravit Ecclesiam osculansq́ sepulchrum eius*, (S. Fridolini) *TERRATENUS PROSTRATUS sic alloquitur eum: Domine, Domine FRIDOLINE per Omnipotentem te deprecor, aut me tuum servum disponas à superuenientibus paganis statim interfici, aut concedas te mecum hinc deportari. Hoc dicto sustulit inde quendam lapidem tantæ sc. quantitatis, ut sex hominibus sufficeret inde levare: Tuncq́ eodem detecto Mausoleo suis imposuit humeris, in quo tunc sacrum pignus jacuit, feretrum, atq́ tam sacro onustus fasce pervênit ad ceteros minimè sentiens oneris pondus; quia ab illo, quem portabat, procul dubio portabatur.* Vid. ibid. adhuc duo, quæ S. Fridolino *prostrati* obtinuerunt, miracula omninò stupenda.

Rigordus ad ann. 5. Philip. Augusti.

SECULI UNDECIMI Añ. 50. 9. Junii, HENRICUS 1. Galliarum Rex processit *nudis pedibus* ad duo circiter milliaria Gallica Parisiis scilicet ad S. *DIONISII* oppidum, visendumque ac *venerandum* eiusdem corpus. Quis ergò dubitet fuisse id genibus flexis, Corporisve in terram prostratione factum? cum his illud (nudipedis videlicet *tantum* iter) jam esset obsequium majus? imò quis talia in Tanto aspiciens Rege, paria in subjecto illi populo, nisi cœcus, non videat?

Eodem Sec. in Translatione S. *AMANDI* Episc. Trajectensis *Clinica diuturna gravi cum labore & dolore sustentaculis ad Ecclesiam perveniens PROSTRATA implorabat sibi tanti Patris suffragia succurrere, & sana est regressa.* Ita, *GILBERTUS Elnonensis*, qui præsens adfuit. l. de mirac. S. Amandi c. 4.

Eiusd. Seculi añ. 68. Pœnitente quodam vinculisq; ferreis astricto Fratricidâ, S. *SIGEBERTI* Austrasiorum Regis prope

prope Metas ad eiusdem tumulum subsidia humiliter implorante ac *in oratione* (ante fores) PROSTRATO *tantâ celeritate ferrum ei de brachio in duas partes confractum dissiluit, ut una pars illius tanto fragore valvas Monasterii percusserit; quòd sonus eius multò longiùs audiretur; altera verò pars longè aliò excuteretur.* Sigebertus Gembl. l. de vitâ S. Sigeb. c. 3.

Eiusd. Seculi añ. 21. Coloniæ Agrip. *inter exequiarum* (S. Heriberti Archiep.) *Vigilias pauper quidam à cunabulis contractus, quem idem S. Pontifex, dum adhuc viveret, alebat, inter sepulchrum sancti, & huius* (Volperti Abbatis) *feretrum tristis prorepserat & inter duos mortuos suæ inopis vitæ Patronos* JACENS *totâ nocte se illis superstitem esse deplorabat. Viderunt illum, qui coram Deo vivebant: & mirabilem totius corporis operati sunt medelam.* Rupert. Tuit. in vitâ S. Herib. cap. 9.

Eiusd. Seculi anno 40. Bambergæ in Depositione S. CUNEGUNDIS Imperatricis *mulier cæca de* Ratelsdorff *& alia quædam de* Dietkoven *dolentes pro luminis defectu* PROSTRATÆ *in orationibus sanctissimæ Imperatricis Patrocinio illuminabantur.* *ex apographo Bambergensi Bolland. 3. Martii, p. 278.*

Item. *Ancilla quædam de* Wochendorff *ex inflatione manuum doleus* FLEXIS GENIBUS *in oratione procubuit, & factum est, ut tumor decresceret, atq; in singulos articulos sanitas citissimè rediret.*

Item. *Puella, quæ unicam manum habebat,* PRONIS *affectibus se humiliabat, & cooperantibus votis populorum largiter adjuta mirabilem sanctitatis efficaciã, indultâ sanitate, sentiebat.*

Eodem Sec. Paulus sive Paululus vir Religiosus in vitâ S. Erardi l. 2. c. 2. refert, quòd Matronæ cuidam propter albuginem oculorum nil videnti, atq; ad sepulchrum S. Erhardi Episcopi Ratisbonensis *clamanti sæpiùs & importunis agenti precibus tandem aliquando B. Pater Erhardus adstitit, eiq; dixit: Molesta mihi es, ô mulier, quæ à me petis salutem; cùm nemo ante Majorem suum* (B. Adelbertum intelligit) *aut faciat quid aut debeat. Sed si vis illuminari, septem pedum spacio à meo sepulchro* PROCUMBE; *ibi invenies, qui te illuminabit. Verba quidem obscura sunt, sed rerum fides manifesta: ubi enim jussa est,* Venit, PROCUBUIT, *& vidit.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [179] - 175
PUBLIC DOMAIN

SECULO DUODECIMO. Totius Germaniæ Galliæque imò & Eccleſiæ univerſæ benedictum os S. BERNARDUS, *amplectamur*, inquit, MARIÆ VESTIGIA *Fratres mei & devotiſſimâ ſupplicatione Beatis illis pedibus* PROVOLVAMUR. Serm. 1. de Virg. Deip. ex verb. Apoc. 12. *ſignum magnum &c.*

Tom. 2. p. 124. col. 2. B. Colon. 1659.

In eod. verò ſermone ſub fin. de receptâ Univerſalis Eccleſiæ praxi hiſce teſtatur: *Jam te Mater miſericordiæ per ipſum ſynceriſſimæ tuæ mentis affectum tuis jacens provoluta pedibus Luna* (Eccleſia) *mediatricem ſibi apud ſolem juſtitiæ conſtitutam devotis ſupplicationibus interpellat, ut in lumine tuo videat lumen & ſolis gratiam tuo mereatur obtentu.*

ibid. p. 126 Col. 2. C.

Eodem Tom. Sermonem panagyricum ſive Deprecationem ad B. V. Deip. hiſce inchoat: *Mentem & oculos pariter cum manibus ad te, Regina mundi, attollimus, & coram tuæ celſitudinis gloriâ* GENUFLECTIMUS; *cervicem inclinamus, ac plenis ſuſpiriis ad te preces in cælum tranſmittimus.*

Et Sicut *Vir Beatiſſimus crucem cum ſuo crucifixo* (id eſt Chriſtũ coram cruce & imagine ſuâ) *devotiſſimè* PROSTRATUS *adorabat*: ita & B. V. Deiparam coram eius imagine de geniculis eſt veneratus, ut hodiedum in Spirenſium Eccleſiâ Cathedrali ex antiquiſſimis de cupro laminis eſt videre; quidquid de ipſo per imaginem edito aliisq; *circumſtantiis* varient Authores.

Autor vitæ ferè coævus l. 7. c. 7.

FALSISSIMUM verò eſt 115. quòd imago illa Spirenſis *non niſi picta* fuerit; cùm conſtet eam hodiedum adhuc per ſe ſtare.

p. 196.

Eodem Seculo *Chriſtianiſſimus Rex* (Philippus Auguſtus ad recuperationem terræ S. profecturus) *ante corpus* Ss. MM. *Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii humiliter ſuper pavimentum marmoreum in oratione* PROSTRATUS *Deo & B. V. Mariæ, & Ss. Martyribus & omnibus Sanctis ſe commendavit.* Reverſusq; anno 1191. eiſdẽ ibidem *Proſtratus* gratias egit. & de receptâ Galliæ Praxi quis dubitabit?

Rigordus l. de geſtis Philippi Aug. adan. 1190. 1191.

SECU-

SECULI XIII. añ. 37. Cæsarius Monachus Heisterbacensis scripsit miracula S.Engelberti Archiepiscopi Coloniensis & Martyris. Ac libro quidem 3. c.12. Henricus, inquit, de Calenmundt Vir nobilis cum diu vexatus esset morbo comitiali, die quodam in Sacello stans & de miraculis S. Engelberti cogitans *humi se prostravit*, crebroq; rogavit S. Martyrem, ut à Domino sibi sanitatem impetraret; inde surgens sensit insolitam quandam corporis alleviationem, ita ut deinceps usque in præsens nihil ab illo morbo molestiæ acceperit.

Ibid. c. 31. refert, quòd Conversus quidam Monasterii Campensis olim Nobilis S.Engelbertum *flexis genibus* invocârit, & eâdem horâ à diuturnâ & gravissimâ tentatione sit liberatus, ut deinceps nihil eiusmodi sentiret.

C. 54. Sacerdos quidam cœcus procul è *Saxoniâ* venit ad hunc locũ (Givelsberg in Westph. ubi S.Engelbertus añ. 1225.7. Nov. est occisus) & cũ *humi prostratus* piè admodùm Deum & Martyrem eius deprecatus esset, lumen amissum recuperavit: Non multò post pro gratiarum actione limina Beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli, itemq; Jacobi adiit, Engelberti Martyris gloriam ubique prædicans. *ann. 1226 circa med. quadrag.*

C. 55. per id tempus etiam mulier paupercula 5. annos cœca eod. loco orans cum lachrymis & *humi prostrata* lumen gratulabunda recepit.

C. 66. Nobilis quidam Andernacensis dives & potens multis annis totus ex paralysi decubuit. Eratque morbus ille adeò vehemens, ut cibum erectus capere non posset, sed pectori impositum jacens magnâ vi tandem deglutiret; in somnis autem admonitus est quodam in loco *ter osculari humum, & tres offerre preces* in honorem B. Engelberti M. ita enim fore, ut illicò sanaretur. Ille visionem indicat uxori & liberis, quam illi ut phantasticam irrident: Valdè igitur afflictus cum lachrymis orat se ad locum designatum deportari; parent autem deprecanti, & cùm ad locum perductus

esset, *ter se prosternit & orat*, totusque fit sanus & incolumis: deinde *nudis pedibus* cum uxore & prolibus se contulit Gibelsberg/ obtulit preces & munera, & annuum quoque censum se daturum pollicitus est. vid. c. 60. & 68. plura.

Verùm, cùm expressa huius sequentisque temporis testimonia extent & nota sint innumera, brevitatis gratiâ hîc gradum premo; quandoquidem & Hermannus non ultrà hoc Seculum excurrit, & ex allatis à me testimoniis tam de receptâ universalique fidelium praxi, quàm de Divinâ eiusdem approbatione plus satis constat.

Guilielmus verò Durandus, seu Durantes, cum Sanctis & Angelis adorationem abjudicat, nihil vult aliud, quàm quòd illi non debeant adorari *propter se* adoratione perfectâ & absolutâ, nec ad Deum ceu ultimum eius finem relatâ, maximè quæ fit per sacrificia, statutaq; pro eiusmodi sacriciis templa, Altaria, & Sacerdotia; quæ *adulatione pestiferâ* Augusto aliisq; quibusdam Imperatoribus & Regibus adhucdum vivis gentilium non pauci constituebant. Ceterùm adorationem aliam inferiorem Angelis & Sanctis ac eorumdem imaginibus perlubenter concedit; ut ex lib. eiusd. 4. c. 39. n. 3. de 4. parte Canonis, est manifestum. Nec diceret Hermannus istthæc cum prioribus illis non cohærere, atque adeò à malâ alterius manu addita & afficta esse Durando; si inter adorationem & adorationem aut sciret, aut vellet (utî deberet) distinguere, videretque antiquissima eiusd. Durandi exemplaria; quæ prorsus omnia dictam Angelorum Sanctorum, crucis & imaginum adorationem dextrè acceptam probant.

In Rational. Divin. offic.

Deinde l. 7. c. 1. n. 20. sic loquitur: *STATIO quoq; vocatur Processio ad aliquam Ecclesiam ad exolvendum ibi gratias Deo facta: Et dicitur* STATIO: *quia tunc stantes orare & Deo gratias persolvere, non* FLEXIS GENIBUS, *debemus tunc: Nec jejunamus tunc, nec in eis supplicationis voces fiunt:* QVÆ OMNIA *cum vestibus humilitatis in* LITANIIS FIUNT. En genua tunc ab Ecclesiâ in Litaniis, probante

bante Durando, flexa! Quòd autem in iisdem Sancti tunc temporis sint invocati, patet ex l. 6. c. 82. n. 40. & 41. sub fin. de bened. Fontis. Et ib. c. 102. de Rogationibus sub init. Ut proinde cùm Sanctos stando rogari rogandosq; dicit, *Stationem* non tam genuflexioni, quàm suetæ per horas Canonicas Sessioni opponere videatur; Ait enim: Sanctos quoq; *stantes* oramus *significantes eos in perpetuâ lætitiâ fore.* juxta illud: *STANTES erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem.* Vel certè de festivitatibus tantùm (de quibus Sanctos stando rogandos docens agit) est intelligendus: Quemadmodùm Joannes Belethus (ex quo plurima exscripsit Durandus) antè 500. circiter annos in Div. offic. explicat. c. 46. Parisiis scripsit: *in Festis STANTES oramus, in Profestis verò vel jejunis PROSTRATI.* Et c. 6. *Dicitur autem Statio, quòd* STANTES *Deo agimus gratias, non flexis genibus, sicut in Litaniis.* Quod autem per eas invocaverint etiam Sanctos ex hisce patet; *Litania*, inquit c. 122. *interpretatur Latinè* supplicatio sive rogatio; Supplicatio dicitur, quia tunc Deo supplicamus, ut à morte subitaneâ, & ab omni adversitate nos defendat; Rogatio appellatur, *quia tunc Sanctos rogamus*, ut pro nobis ad Dominum intercedant.

l. 5. c. 2. n. 36. sive ante mediũ.

l. 7. c. 1. n. 6.

Fasissimum ergò est 116. quòd saltim in Galliâ *adhuc* ań. 1286. doctrina illa (quòd Sanctis Cœlicolis *illicitè* genuflectatur) passim obtinuerit. p. 365.

Falsissimum est 117. quòd *tam serò deniq;* illa, quæ nunc universam occupavit Rom. communionis Ecclesiam, creaturarum & imaginum adoratio trans Alpes (id est in Germaniam Galliamque) penetraverit: Nam plurima & incomparabilia, quæ adduxi tàm de Transalpinæ, quàm de universalis Ecclesiæ à Deo probatâ praxi, adeò sunt Illustria, expressa & manifesta; ut Hermannus, tametsi centum Logomachorum & Falsiloquorum millibus adjuvetur, non p. 366.

tamen poſſit ſuam, vel aliam, quâ hiſtoriam temeravit, falſitatem in minimo dealbare, vel miſerrimam (audaculam tamen) ſic dictam *demonſtrationem* à juſtiſſimis prudentum riſibus vindicare: Nos verò ſecuriſſimè Sanctos Cœlicolas non propter ſe, ſed propter habitantem in eis Deum de geniculis veneramur, vel potiùs (quod veriſſimum eſt) ipſum in Sanctis DEUM, tanquàm in vero nec manufacto Templo ſuo proſtrati genuflexive adoramus & invocamus; ut qui nobis ſemper eſt omnis honoris & cultûs quibuſcunque Sanctis delati ultimus

FINIS.

S. AUGUSTINUS l. de curâ pro Mort. c. 5.

Orantes de membris ſui corporis faciunt, quod *SUPPLICANTIBUS* congruit: *cum GENUA FIGUNT, cum extendunt manus, vel etiam PROSTERNUNTUR SOLO.*

Ex his intellige, quæ ex cod. citavi pag. 147.

INDEX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [184] - 180
PUBLIC DOMAIN

INDEX.

Absolutionis formula Consolatoria à Luthero concepta. pag. 17.

Adorationem, id est, genesiexam prostratamve Sanctorum Cœlitum venerationem non esse, ut Conringius fingit, prohibitam, sed à SS. Patribus, Ecclesiâ & Deo probatam, atq; ab ipsis Imperatoribus & Regibus frequentatam à p. 131. *usq;* 170.

Idem specialiter de Germaniâ & Galliâ contra Conringii somnia probatur à 6. Seculo inclusivè, à paginâ verò 155. *usq; ad fin.*

Adorari posse mortales terrigenas, non verò immortales Cœlites ineptè Conringius dicit 131. 132. 137.

Adorationem, id est, genuflexum Cœlitum cultum unanimi SS. Patrum consensu damnatum esse falsissimè dicit Conring. idq; meræ æquivocationis fallaciâ incautis nititur persuadere. 138. 141. *& seqq.*

Adorationem Angelorum, ac per consq. aliorum Cœlitum, suo exemplo commendat S. Joannes. 134. *& seqq.*

Adoratio Crucis quo sensu fiat. 117.

Altaria non denominantur à Sanctis, eò quòd iisdem in eis offerantur preces. 100. 101.

Animas Sanctorum non frui jam tum conspectu Dei, Helmstadinis ante paucos annos hæreticum erat assertum. 79. 80.

Antonii Patavini unum alterumve miraculum. 88. *& seqq.*

Ant. Patav. Concio ad pisces. 75.

Asinos an Fratres salutent Franciscani 18

Augustini textus insignis in omnibus edit. mendosus ex biblioth. Serenissi. D D. Joan. Frid. Ducis Br. & Lun. restituitur. 111.

Augustini textus à Conring falsatus. 110

Britannia ab initio conversionis suæ SS. imagines est venerata. 120.

Cajetanus non æquavit Decretales Scripturæ. 68.

Canonizati SS. securè invocantur. 78.

Carolini, qui dicuntur, libri non sunt Caroli M. vel manu vel jussu scripti. 122.

Communio sub unâ panis specie Seculo 9. publico usu recepta. 164.

Deus solus simpliciter est adorandus. 101

Deum unum summum primo priorem Deo sapientiores gentilium agnoscebant. 126.

Eundem credebant concreta huius mundi entia non attingere. 127. 128

Corporalia ab ipso non petenda. ib.

Diis sacrificabant Gentiles ib.

Deorum alios materiales, immateriales alios fingebant. 127.

à Diis immaterialibus beneficia temporalia non petenda, sed à materialibus præsertim in sacrificium offerendo ea, quorũ ipsi essent authores, opifices, & gubernatores, 127. *Cre-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [185] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX.

Credebantur beneficia conferre non curante, imò & ignorante summo Deo. 126. 128.

à Deorum gentili cultu Romanensem Ss. cultum nonnisi verbis differre, Conringius fædè calumniatur. 126.

Diabolus Dei sacramenta æmulatur. 51.

Ecclesia Rom. an. 1519. Luthero erat purissimus Christi thalamus. 56.

Fidei dogma ab omnibus credendum, quale sit. 71.

Franciscus non fuit stomachosus. 25. vide de eod. 43. & seqq. it. 53.

Franc. avibus prædicavit. 46. 47.

Francof. concilium tria in causâ imaginum fecit. 113. Romanum earund. cultum recepit & confirmavit. 115.

Germania à Christianismi sui primordiis per omnia cū Rom. Pontifice fecit. 112

Græca Ecclesia sculptas imagines habet & veneratur. 123.

Imagines crucis Christi adoratæ ab universo Christianismo. 116. 117.

Imag. adorationē non sine insaniâ negat, qui crucē adorandā concedit. 116. 117

Imaginum adorationem omnem intra ultima 4. circiter secula in German. Gall. & Britan. primùm devenisse, falsò dicit Conring. 111. & seqq.

Johanna Papissa. 24. NB.

Justitia simpliciter non est inter Deum & Creaturam. 126.

Liber Ecclesiæ Essendiensis seculo 9. scriptus. 162.

Litaniæ veræ sub Ludovico Pio in Corbeiâ usitatæ. 166. 167.

Litania Corbejensis spuria à Chemnitio & Letzenero confuta. 169. 170.

Lutherus os Christi. 21.

Eius puritas & honestas. 22. 58.

Eius summa lenitas. 36.

Eius mellistua pro Papatu oratio. 35.

Eius summa ergà Imperatorem, Reges & principes reverentia. 58. & seqq.

Eius Pater noster. 28.

Idem Apostolis antefertur. 54. 65.

Principes Imp. monedulis & cornicibus comparat. 36.

Eosd. Bestias & sues. 17. Papistas verò diabolos vocat. 29.

Pro Sacramentariis non orandum docet. 35.

De eodem insigne testimonium. 41.

Mendacem nominans aliquem instar homicidæ est reputandus. 90.

Meritum bon. op. ab Apol. Conf. August. assertum. 10. eius formalis ratio per Scotistas consistit in gratuitâ & misericordi acceptatione Dei. 126.

Missa in honorem Sanctorum. 63.

Nicen. 2. Synod. non est iconolatrica. 125

Papa quomodò sponsus Ecclesiæ 56.

Ei non revelantur novi articuli fidei. 68. 70.

Perfectio Consistit in Charitate. 46.

Revelata quæcunq; licet à Deo sint, non tenentur omnes & singuli credere. 71. 72. 73.

San-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [186] - -
PUBLIC DOMAIN

INDEX.

Sanctos invocantes Deum ipsum potiùs invocamus. 64.
Sanctorum scientia. 84. 153.
SS. *quomodo juvent.* 96.
Sancti quidam reliquias suas transferri ac honorari voluerunt. 86. 87. *id tamen videtur factum per Angelos eorum personam suscipientes.* 88.89.
Sanctis oblatæ preces non sunt sacrificia. 101.
Sancti se magis tenent ex parte orantium, quàm eius, qui oratur. 101.
Sanctis ministerialis beneficiorum datio conceditur à Ss. Patribus 104. 105. *& seqq.*

ERRATA

Pag.	*lin.*	*Lege.*
6.	11.	Scilicet. pro *porrò.*
7.	11.	acerrimas.
11.	3. *à fin.*	TE. pro NE.
13.	20.	impellet.
27.	5.	Non-scelus.
29.	16.	civiliter.
33.	20.	insuper.
34.	*ult.*	vestrum.
45.	10.	despectus.
46.	17.	Divinum.
54.	7.	verificatorum.
64.	25.26.	omninò.
87.	21.	Diviniſſimus.
121.	14.	obscurè.
134.	6.	arbitrario
144.	19.	cultûs.
148.	28.	abusibus.
149.	26.	ac.

Alia corriget æquus Lector;

QVi etiam observet, quantâ cum ferociâ Conring. p. 273. n. 20. ex *indicio*, ut jactat, *certo* clamitet Athanasium illum, qui scripsit qq. & ℟℟. ad Antiochum Principem, *esse scriptorem perquàm recentem, & vixisse, quando jam pridem Roma fuerat in ditione Francici vel potiùs Germanici Imperii, forte seculo* 12. Cùm tamen ℟sionem eius ad quæst. 39. à Philanthone p. 498. relatam jam añ. 769. sc. ante Nongentos & 9. annos ex parte retulerit Concilium Rom. sub Stephano 3. act. 4. De Dœmone verò imaginis Deiparæ cultum impedire conato jam sub init.

init. ſeculi 7. retulit Joannes Moſcus in prato ſpir. c. 45. Ceterùm Romani ſunt Francorum & Franci Romanorum genus; quia utriq; à Trojanis ſunt progenerati. *Vid. Virg. Æneid. l. 1. longè ante med. & Annales Franc. ſub init.*

Notet etiam; quòd, licet p. 505. pro imagine à Chriſto ad Abgarum miſsâ rectè citârim Evagrii l. 4. c. 27. ex edit. Baſil. 1562. reſpondeat tamẽ Hermannus p. 281. me citare eiuſd. l. 4. cap (NB.) 47. ſed ibi de imagine Chriſti ne jota reperiri. Quo certè nihil eſt verius, cùm editio illa habeat tantùm Capita 41. nec alia quævis illum excedat numerum. Ita nimirùm, quæ non ſunt, videt, & quæ ſunt, non videt Hermannus.


Soli DEO Honor & Gloria,

A M E N.

BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 204, [188] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [189] - -


PUBLIC DOMAIN

GWLB Hannover 35
036 856 797

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [190] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [191] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 204, [192] - -

PUBLIC DOMAIN


Leibn.
Marg.
204
5
10
15
20
cm
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U
V
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
W
X
Y
Z
Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com
VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset